




Demosthenis
Olynthiaca prima
transl. & scholiis ill.
a
Joh. O. Slangendorpio
Witeb. 1580.












BIBLIOTHECA REGIA
HAFNIENSIS

DEMOSTHENIS OLYNTHIACA

PRIMA IN LATINAM LINguam translata, & scholijs illustrata, atque dedicata Nobilissimo & Clarissimo viro D. NICOLAO KAAS, D. de Torup. Potentissimi Regis Daniæ Frederici Secundi Archicancellario,

x libris Christophori Nicolai Busse

A

IOHANNE OLAI SLANGENDORPIO DANO S. S. Theologiæ Studioso.


Hunc librum a Canuto Matthiæ Lyundensi emi ego Christianus Laurentij Anno 1608.



WITEBERGÆ

Excudebant hæredes Iohannis Cratonis,

M. D. LXXX.


BIBLIOTHECA REGIA
HAFNIENSIS

NOBILISSIMO, GENEROSISSIMO AC PRVDENTISSIMO VIRO DOMINO NICOLAO KAAS, DOMINO de Torup, Serenißimi Danorum Regis FREDERICI Secundi Archicancellario, eiusdemq́; Regni, Senatori Primario, & eruditorum hominum mecœnati eximio, Domino & Patrono suo colendissimo felicem rerum successum in hac vita, & in futura gloriam æternam precatur.



CVTISSIMVS PHIlosophus ARISTOTELES, Magnifice & nobilißime D. Cancellarie, de dignitate & præstantia hominis egregiè in politicis suis disputat, atq; inter alia dicit hominem λόγον μόνον ἔχειν τῶν ζώων. Nam cum mens humana πολυειδὴς, ποικίλη καὶ πολυέλικτος sit, non contentus fuit Deus ter optimus maximus, qui sapientia infinita &

prouidentia perſpicaciſſima regit, roborat, viuificat, lenit, mulcet ac gubernat omnia, mentis eum tantum varia multiformiqúe vi ornare, ſed mox loquendi facultatem, inter cuncta ſummè mirabilem & flexanimam (vt Enniano verbo vtar) atq; omnium rerum reginam orationem, quæ non currentem modo ſuccendere, ſed & languentem poſſit commouere, ex vaſtiſſimo ſuæ clementiæ flumine, munificè eſt impertitus.

Eius adminiculo, homo in mundi meditullio conſtitutus, veluti Rex planeq; dominus cunctorum, huc illuc porrectis, expanſiſqúe poteſtatis ſuæ viribus, fruitur omnibus, omnibusq; imperat. Hoc non modo Sacris literis celeberrimum eſt, Sed dictat etiam ratio & perhibet rerum ordo mirificus.

At

At in hoc imperio, qui legem & iusticiam venerantur, cuius muneris colendi, efficiendique causa omnes nati & in lucem editi sumus, qui artium adminiculis fulti, ac scientiæ amore flagrantes, sermonem mirficè suspiciunt, eiusque cultum in tota vita petunt: hi longè ante bestias in pastum ac venerem tantummodo pronas, τοῦ συμφέροντος καὶ βλαβεροῦ, τοῦ δικαίου, καὶ ἀδίκου διαφορὰν σαφῶς ἐκλαλοῦσι.

Horum laus hæc peculiaris est, imò diuina, quod etiamsi, bruta corporei motus varietate maximè excellant: tamen nunquam dicendi vim, ne minima quidem ex parte consequuntur, latrent licet, infremant, rugiant, sibilent, hinniant, truculentum elidant barritum, humanasque effingant voces.

Hoc enim bonum homini ſolum natura attribuit, cuius vox clemens, ſedata, mitis, explicat clarius, promit plenius, alit vberius, placat, excitat, mpellit, euertit, retinet, ſurrigit, omnia deniqúe perficit, quæ diuinus animus tanquam interpreti diuino, linguæ plectris mandarit exponenda.

Leuia etiam poſſunt reliqua cenſeri, ſi conſideret quis ſermonis incomparabile prorſus donum, in quibus bonitas Dei infinita, inæſtimabili munificentia nos, vt præſtantiſsimas creaturas eſt amplexata.

Quid enim cum præſtantia ſermonis poteſt conferri? eius namqúe munere, poſt mentem, quæ nos ex æquo ferè cum cœlitibus conſtituit, in DEI *participatum & colloquium aſcendimus. Sermone inquam hortamur, perſuademus, perterritos à timore abdu-*

cimus.

cimus, gestientes comprimimus cupiditates, iras restinguimus, hic nos iuris, legum, vrbium societate deuincit, hic nos à vita immani & fera segregat.

Mirum ergo videri non debet, si nonnulli & ij sapientissimi viri, omnibus ætatibus, tantum studij, laboris ac vigiliarum contulerint ad orationem excolendam & informandam, qua sola & reliquis animantibus, & ipsis hominibus antecellerent. Quam Pythagoricus Epicharmus tantopere est admiratus, vt hanc 1
vnam dominam & reginam, lucem lumenqúe vitæ diceret, ac huius solius demandatam nobis curam, quum alia tum κωφὰ tum τυφλὰ censeret.

Hanc ego quoque vt rem maxi- 2
mam semper admirari soleo, eamqúe

 potis-

potissimum quæ in hac humani generis domestica consuetudine & ciuili societate sua profert officia, vt longè præstantissimam existimo.

Sed in illa ipsa oratione magna varietas est, magnáque confusio existit. Hoc enim incommodum Babylonica illa πολυγλωττία in genus humanum induxit. Nam si sermonis originem quis spectet, eloquentissimus orator ac primus etymologicus fuit ADAMVS. Ad eum enim cum DEVS opt: max: omnia animantia adduxisset, nomina illis imposuit, quibus natura illorum quantum eius fieri poterat exprimeretur.

Huius summi oratoris & sapientissimi Philosophi eloquentiam si posteritas fuisset venerata, nec gigantea quadam audacia cœlum cum terra miscere conata, semper durante mundo,

כָּל־הָאָרֶץ שָׂפָה אֶחָת וּדְבָרִים אֲחָדִים mansisset.

Nunc vero ut olim lamentati sunt Prophetæ, auulsas à Iuda & dissipatas decem tribus, in quibus floruerunt summi Prophetæ Elias, Eliseus & eorum auditores: Ita & nos deploremus hanc πολυγλωττίαν, qua & doctrina cœlestis sæpe obscuratur, & multi ad eam discendam, inuoluuntur, intricantur & in errorum labyrinthos, cum exitio animæ & corporis penitus abducuntur.

Neq; hoc solum, sed doleamus necesse est, Græcas & Asiaticas vrbes & Ecclesias tot deletas esse, & in ijs nationibus extincta studia, quæ resarcire damnum illud Babylonicum vtcunque potuissent, quæq; ingeniorũ sagacitate, cæteris gentibus omnibus antecelluerunt, artes genuerunt aut illustrarunt,

& in possessione doctrinæ fuerunt, amplius duobus millibus annorum. Hæ ornamentorum Ecclesiæ amissiones & ruinæ, admoneant nos de peccato & ira Dei, & ad morum moderationem retrahant, atq; incitent ad discendum linguas & artes, quæ in explicatione doctrinæ cœlestis omnino, & in oratione formanda sunt necessariæ.

Cùm autem fateri oporteat omnes sana mente præditos, doctrinam inter humana omnia primam ac præcipuam esse, non solum hanc nostram, quæ ad Dei nos agnitionem deducit, & salutis nostræ continet atque explicat fundamenta, sed & alteram illam, τὴν ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, quam multi Timoniani & Theonini, ὡς ἐπίβουλον καὶ σφαλερὰν, καὶ θεοῦ πόῤῥω βάλλουσαν criminantur ac traducunt, κακῶς εἰδότες. Non idcirco Philosophia aut studia linguarum con-

temnenda, quibus doctrina Ecclesiæ & artes πηγαὶ καλῶν continentur: ἀλλὰ σκαιοὺς καὶ ἀπαιδεύτους ὑποληπτέον τοὺς οὕτω ἔχοντας, οἳ βούλοιντ᾽ ἂν ἅπαντας εἶναι καθ᾽ ἑαυτοὺς, ἵν᾽ ἐν τῷ κοινῷ τὸ κατ᾽ αὐτοὺς κρύπτηται, καὶ τοὺς τῆς ἀπαιδευσίας ἐλέγχους διαδιδράσκωσιν. Ἐπεὶ δὲ τοῦθ᾽ ὑπεθέμεθα καὶ ἂν ὡμολογησαίμεθα, illos præterfluere ſinamus, & hos Philoſophos & oratores, quorum ſcripta nos erudiunt, propter vtilitatem Eccleſiæ & Reipub: etiam magis amemus.

Talis cum ſit Demoſthenes, quem plerique eruditorum in tantum commendarunt, vt dicerent aliorum quidem monumenta, ſemel in vita perlegiſſe, abundè pulchrum ac fortunatum iuxta videri oportere: Demoſthenem vero tanquam vnicum ac ſingulare naturæ opus, non ſemel quidem legendum, ſed eatenus inhærendum, vt quantum humani ingenij ratio patitur, illius colo-

rem

rem ſaltem Polypodis modo aut Chamæleontis exprimamus effingamusq́. Ab hoc oratore non ſolum exempla multarum virtutum, ſed etiam βλαςήματα τῷ λόγῳ χρήσιμα deſumere, eiusq́ laboribus ad commodius explicandum doctrinam cœleſtem & ſtudia humanitatis frui poſſumus.

In gratiam itaq; eorum, qui vel propter difficultatem à Demoſthenis lectione abhorrent, vel viua Præceptorum voce deſtituuntur, hoc meum exercitium Scholaſticum, ſtudioſæ iuuentuti hoc in loco, in quo voluntate diuina hactenus ſtudiorum gratia ſubſtiti, communicatum, publicari volui, quo & tædium in eruendis thematibus deuorare citius, artiumq́; dicendi vſum perſpicere facilius, & linguam atq; iudicium ex lectione Demoſthenis confirmare rectius poſſint.

Quem.

Quemadmodum vero de Parthorum Regibus memoriæ proditum est, apud quos, qui gratiam aliquam vberiorem aucupantur, non nisi aliquo suffulti munere in eorum atria ingredi audent: Sic ego hoc ductus impulsu, meæ in Dominationem tuam, Magnifice D. Cancellarie, Domine colendiss: obseruantiæ seruitium oblaturus, non aliam arctissimæ meæ affectionis significationem, Magnificentiæ tuæ in præsentia exhibere sufficiens, portiunculam hanc exercitij mei, ad te destinandam curaui, munus quidem, etsi Magnificentiæ tuæ valde impar, tamen tale vt meæ in M. T. obseruantiæ culturam præ se ferat. Nam cum ante aliquot annos literas Clariss: & reuerendiss: viri D. D. Pauli Matthiæ Ecclesiarum Sialandicarum Episcopi vigilantissimi Domini & Patroni mei,

per-

perpetua obſeruatione colendi M. T. obtuliſſem, ea ſum à M. T. benignitate humanitateq́ exceptus, vt confeſtim, non minimam M. T. erga me beneuolentiæ ſpem conceperim.

Hanc M. T. beneuolentiam tam altè mecum reputo, vt eam neq́ inter capidine temporis, neq́ fortunæ iniuria, cimmerijs obuoluendam tenebris exiſtimem. Verum obliuionis nubilo ampliſſimè diſcuſſo, & ſqualore omni ingratitudinis deterſo, eo magis exoſculandam & deprædicandam exiſtimo. Quod non ſolum eo ſis ortus ſtemmate, quod multis in locis illuſtre, noſtram hanc patriam adeo exornauerit, vt ab eo quicquid in ea ſtudiorum literarumúe, aut ingenuæ probitatis adfuerit, id KOSSIANA familia, aut præſtante, aut confouente quale quantumq́ eſt, emicuerit: Verumetiam

ad

ad eam accedat doctrina ſingularis, lectio incredibilis, ſubactiſſimum ingenium, exercitatio immenſa, linguarum peritia, hiſtoriarum cognitio ſummè admiranda, qua expleri animus nequit, ardeſcitq́ tuendo, integritas, prudentia, grauitas & fides Regiæ Maieſtati, & toti regno abundè perſpecta & probata, mira in eruditos liberalitas, & alia quæ volens prætereo, quæ non me ſolum, qui ſum σκιᾶς ὄναρ, vt Pindarus ait, Sed in humanis rebus eminentiſſimum quemq́, ſic in tui nominis amorem ac venerationem dulciſſimè proliciunt, vt nihil æquè gratum ſibi opinentur, atq́ affluentiſſimis prudentiæ tuæ aquis rigari.

Hoc igitur exercitium meum, vir eminentiſſime ac nobiliſſime, exile quãuis & tenue, eo te lætiori ſuſcepturum animo, & gratiore perſpecturum

fronte

*fronte confido, quod te virum doctißi-
mum nobilißima genitura prognatum,
munificentißimumq́; bonorum patro-
num, & sciam, & certiori affectu ex
anteactis cognouerim. Dominus Iesus
conferat M. T. Spiritum suum, vt in
omni bono ampliores subinde progres-
sus facias, perseuerãdoq́; in pietate ve-
ra, omniumq́; virtutum studio, Eccle-
siæ Christi & Reipub: adiumẽto atq; or-
namento esse pergas. Vale generosißs:
heros & M. T. me cõmendatum habe.
Datum Viteberga Anno Christi 1580.
1. Ianuarij, quo die beatißimæ memo-
riæ Christianus III. Rex pius, sa-
piens, fortis & felix ex hac ærumnosa
& caduca vita in vera agnitione &
inuocatione Filij Dei Domini nostri
Iesu Christi in æternam & cœlestem
requiem discesßit.*

M. T. S.

Iohannes Olai Slangendorpius.



IN OLYNTHIACAM PRIMAM Demosthenis Prolegomena.

VETVS EST, ET ERVditorum iudicio recepta & probata, & quorumlibet ſcriptorum expoſitioni conueniens ne dicam neceſſaria conſuetudo atq; ratio, vt ſub autoris initium qui enarrandus ſuſcipitur, certa quædam capita, quæ τὰ προσαγορευόμενα ἢ προλεγόμενα ἤτοι προτεχνολογούμενα græci vocant, gratia comparandi auditoris præponantur. Quod inſtitutum cum & ego, qui huius orationis enarrationi priuatim operam dare conſtituerim, ante omnia imitandum eſſe exiſtimem, & intelligam (ſi quid forte intelligo) hac indicatione & via diſcentes magnopere iuuari & verè εὐμαθεῖς atq; προσεκτικοὺς effici, dabo operam, vt quæ maximè ad huius orationis intelligentiam mihi facere videantur, ea

qua fieri poterit cum breuitate, tùm perspicuitate præmittantur, ac antequam ad ipsam orationis explicationem viam affectabo, ordine hæc sequentia capita breuiter proponam.

I. De Autore.

II. De occasione seu argumento.

III. De qualitate seu forma scripti & genere causæ atque doctrinæ.

IIII. De tempore & loco, quo habita est hæc oratio.

V. De partibus ac dispositione generali totius orationis.

DE PRIMO, DE autore nimirum.

DEmosthenes Pæaneus, natus est Athenis, anno ab vrbe cõdita circiter trecentesimo octogesimo quarto. patre Demosthene, homine ingenuo atque honesto ciue & præfecto classis, cui μαχαιροποιὸς cognomen fuisse traditur, propter frequẽtem officinam, in qua seruos habuit fabricandorum gladiorum seu cultrorum artifices: quanquam Valerius & Iuuenalis scribunt ipsum

ipsum fabricasse gladios aut cultros, & eosdem vendidisse. Nam de matre nihil certi affirmari potest. Pater etiamnum puero septenni ab hac mortali vita auocatus est, patrimonio relicto ad quindecim talenta. Itaq; tutoribus rem male administrantibus, propterea quod partim surripiebant, partim negligebant, nec præceptoribus pueri mercedem persoluebant, non solum in patrimonio damnum fecit, sed nec ijs artibus, quibus prima ætas informari solet, satis commodè potuit erudiri. Huc accedebat summa gracilitas & infirmitas corporis, propter quam & mater ei parcebat, metuens ne laboribus frangeretur, nec pædagogi eum cogere audebant. Tandem omißis alijs studijs ad eloquentiam se applicauit, in qua præceptores habuit summos oratores, Aesionem, Callistratum, Alcidamantem, præterea legisse studiosè atq; etiam audiuisse Platonem, Xenocratem, Aristotelem & Isocratem. Etsi erat ad hanc facultatem multis de causis minus accommodatus, tamen impedimenta naturæ diligentia indu-

striaq́ superauit. Nam cum ita balbus esset vt eius ipsius artis cui studeret primum literam non posset efferre perfecit meditando, vt nemo palnius esse eo locutus putaretur. Deinde cum spiritu esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est consecutus, vt vna continuatione verborum (id quod eius scripta declarant) binæ ei contentiones vocis & remissiones continerentur. Quin etiam (vt memoriæ proditum est) coniectis in os calculis summa voce versus multos vno spiritu pronunciare consuescebat, neq́ id vno consistens loco, sed inambulans & ascensu ingrediens arduo. Dicitur etiam Phalericum descendisse, atq́ in eo loco ad maris strepitum declamare solitus, vt fremitum & clamorem populi assuesceret voce vincere, vt ait Cicero. Addit Plutarchus eum sibi locum subterraneum ædificasse (κατάγειον μελετητήριον vocat) in quem cotidie descendens, vt gestum motumq́ corporis ac vocem exerceret, adhibitoq́ quodam grandi speculo composuisse actionem: sæpe etiam duos aut tres men-

ses do-

ses domi se continuisse abrasa altera parte capitis, vt pudore licentiam exeundi sibi ipse præcideret: Præterea ex ijs quæ foris vel dicta vel gesta essent, argumenta sumpsisse, & occasiones sese exercendi, statim enim vt domum redierit in μελετήριον descendisse, eademq́ repetijsse & retractasse. Iam quantum fuerit Demosthenis in lucubrando studium indicat dictum Pythiæ ἐλλυχνίων ὄζειν αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα, vel (vt alij) τοὺς λόγους τοῦ δημοσθένους λύχνος ἀπόζειν. Itemq́ quod dicitur plus olei, quam vini absumpsisse, & doluisse, si quando opificum antelucana victus esset industria. Quare tam incredibili studio assecutus est, vt Atticorum facile princeps iudicaretur. Ad rempub: accessit sub tempus belli Phocensis annos natus triginta vnum, nactusq́ honestam materiam, contentionem videlicet pro græcorum libertate aduersus Philippum regem Macedoniæ, cum in ea præclarè se gereret, continuo cum eloquentis tum viri fortis nomen est adeptus, neq; apud suos tantum, sed etiam apud regem Persarum

& Philippum. Erat autem Demostheni propositum Philippi conatibus obuiam ire: prodendis igitur & reprehendendis ipsius consilijs, non Athenienses modo sed totam ferme Græciam in regem concitauit. Tandem post mortem Philippi, inuisus ciuitati, quod ab Harpalo, qui metu Alexandri ex Asia migrauerat Athenas, pocula & pecunias accepisset, cum esset quinquaginta talentis donatus à iudicibus, metueretq; carcerem, clam Aeginam profugit. Mortuo autem Alexandro perspectaq; Demosthenis fide, vno omnium consensu, magnaq; alacritate reuocatus est, missa etiam in qua veheretur triremi. Non multo post allato nuncio Antipatrum Alexandri successorem Athenas aduentare timore perterritus Demosthenes excessit vrbe, absensq; referente Demade capite damnatus est. Ad eum inuestigandum & comprehendendum missus ab Antipatro Archias quidam cum satellitibus, audio Demosthenem in Caluariam profugisse, sedereq; in templo Neptuni, naui eo aduectus primum persuadere illi conatur,

conatur, vt ſponte ſe ad Antipatrum ſequeretur nihil ineſſe periculi, cũ negaret ille ſomnio admonitus, iamq́ vim intentaret Archias, parumper (inquit) expecta dum ad meos ſcribam aliquid, quod illo permittente in templum ingreſſus Demoſthenes, ne in hoſtis poteſtatem veniret, veneno ſibi mortem conſciuit XVI. Calend. Nouemb cum vixiſſet ſexaginta duos annos, qui annus fuit ab vrbe condita circiter 429. ante Chriſtum 322. Huic poſtea Athenienſes debitum honorem tribuerunt facto populiſcito, vt Demoſtheni ſtatua ænea in foro erigeretur, & qui ex ſtirpe illius natu eſſet maximus, ei victus cotidianus in prytanæo publico præberetur, qui honos apud illos maximus habebatur. In baſi inciſum eſt hoc Epigramma.

εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ δημόσθενες εἶχες
οὔ ποτε ἑλλήνων ἦρξεν ἄρης μακεδών.

Cæterum Demades qui diu Macedonibus fuerat adulatus, non multo poſt, Antipatro offenſo, à Caſſandro eſt vna cum filio trucidatus.

VITA EIVSDEM breuiter.

TEMPVS natiuitatis. Natus est Demosthenes anno ab vrbe condita 367 vt alij volunt ante Christum 384.

Locus seu patria, Athenæ opulentæ & nobiles, totiusq; græciæ propugnaculum atq; eruditorum hominum altrix. Parentes, Demosthenes, faber gladiorum, Mater Κλεοβέλη ex municipio Pœaniensi. Tutores fuere Aphobus, Teripedes & Demophon.

Educatio, præceptores in Philosophia, AEsion Atheniensis, Theopompus Chius, Plato, In Dialecticis, Eubulides, In Rhetorica, Isæus, Polycrates, Zoilus, Amphipolitanus, &c.

Naturæ vitia, spiritus angustus, lingua balbutiens, inepti motus, timor clamorum populi, sed hæc omnia magno studio emendauit.

Res gestæ. Accusauit tutores, docuit Rhetoricam, scripsit actiones, accessit ad Rempublicam.

Paßio-

Paßiones. Explosus est à populo & à Satyro confirmatus, rediit ad studium, facto quodam musæo sub terra, ubi & speculum habuit, in quod intuens motum corporis formauit.

Pronunciata. Iudicium Polieuti de Demosthene & Photione, Theophrasti de Demade & Demosthene, Ciceronis Quintiliani, Luciani.

Liberalitas erga Rempub: Captiuos & pauperes.

Honores. Fuit Curator triremium, gessit ædilitatem natus annos 31.

Exitus tristis & calamitosus sicut Socratis.

Veneno enim sumto vitam cum morte commutauit anno ætatis 62.

Anno ab vrbe condita 429.

Ante Christum 322.

DE SECVNDO,
De occasione seu argumento.

AThenienses de potentia Philippi in dubium venientes auxilium omni-

bus contra eum ciuitatibus ferebant missis, quocunque ad eas legationibus, qui hortarentur, simul suum ipsorum ius libertatemque defendere, & proditores deprehensos capite plectere, simul pollicentes se illis socios adfuturos Cum itaque Philippus ciuitates Hellesponti in potestatem suam redigere magno studio perrexisset, cepit primum Amphipolin, Micybernam & Toronam, profectus inde post, cum potentissimam earum omnium Olynthum magna vi multisque copijs aggressus esset, ac Olynthios primum duobus prælijs vicisset, obsidione postea cinxisset, ipse Demosthenes, qui per id tempus grauissimus simul ac eloquentissimus orator floruit, & perpetuò ad imperium græciæ confirmandum & δημοκρατίαν excitare conatus est, hac occasione permotus suo officio non defuit, sed Athenienses in Olynthiorum salutem strenuè adhortatus est. Cum autem multa sint, quæ hoc ipsius propositum debilitare & euertere viderentur, strenuè ea oppugnauit, & occasionem succurrendi Olynthijs non negligendam duplici ostendit ar.

dit argumento. Primo ducto ab vtilitate, nam penes eos futuram summam rerum potestatem in Græcia, si res hasce susceperint. Altero porro argumento, quod necessitatem continet, vtitur, in quo terrorem etiam audientibus incutit, asserens Philippum in Atticam penetraturum ni Olynthij conseruentur, vt iam metu pulsi rem strenuè ac viriliter gerant.

DE QVALITATE SEV forma scripti, & genere causæ atque doctrinæ.

Scriptum huius orationis est mixtum. Est enim ἐπανορθωτικὸν διδασκαλικὸν καὶ παραινετικόν. Nam in concione μετὰ δεινότητος, Ciues suos orator partim castigat & increpat, partim docet, ac hortatur vt Olynthijs opem ferant. Cum τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν ab Aristotele recitentur, hæc oratio est τοῦ συμβουλευτικοῦ λόγου, Suadet enim Atheniensibus, eosque hortatur Demosthenes, vt Olynthijs auxilia

lia mittant contra Philippum. Quod ad statum causæ attinet, hæc oratio est πραγματικῆς στάσεως, id est, negotialis status, quoniam habet considerationem futuri temporis, Suadet enim Demosthenes auxilium Olynthijs ferendum esse, idque ad decus & vtilitatem populi pertinere. Refertur autem hæc oratio ad illam Philosophiæ partem, quæ πρακτικὴ dicitur, cui non cognitio tantum, sed honestus actionis finis est propositus. Genus vero dicendi est submissum, quod ita esse intelligitur ex prima & postrema orationis parte, sunt enim omnia verba cotidiana pura & propria.

DE TEMPORE ET loco quo habita est hæc oratio.

Athenis coram populo habita est hæc oratio circiter quartum Olympiadis centesimæ septimæ. Nam capta est Olynthus primo 108, id vero fuit iuxta Chronographos nostros anno mundi 3630, qui erat ante Christum natum 352, sub ini-

tium

tium tertiæ Monarchiæ, quam (ita volente Deo) Alexander Magnus, filius Philippi huius, in quem agit Demosthenes, obtinuit.

DE PARTIBVS AC dispositione generali totius Orationis.

Constat vniuersa hæc oratio his partibus: Exordio, Narratione, Propositione, Confirmatione, Confutatione, & Peroratione. Exordium sumptum est ἐκ καιροῦ. Omnes audiendi occasio. Narratio s. absoluitur partibus, quas quidem sic explicat, vt singulis suas rationes & argumenta subiungat, prout locus postulat. Propositio. Olynthijs succurrendum est. Confirmationis κεφάλαια τὸ συμφέρον καὶ τὸ δυνατὸν. *Sed vtilitati obstat, primum inconstantia Olynthiorum,* ὅτι ἄπιστοι γεγόνασι περὶ τὴν πόλιν ὀλυνθίοι, *probatur constantes in posterum fore socios, quia vltro defecerunt à Philippo. Deinde bellum Olynthiacum an pertineat ad Athenienses, pertinet: Primo quia ipsi sæpe optarunt dissidium inter Olynthios*

& Philippum. Secundo ὅτι παρὼν καιρὸς συμβουλεύεται, ut dedecus tollatur & hostis reprimatur, ὥστε τὰ ὑπάρχοντα, ἀδεῶς ὕστερον καρποῦσθαι. Tertio, quia Olyntho capta, Atticam inuadet Philippus & ἐκεῖνον μὲν διὰ φιλοπονίαν ἅπαντα κατορθοῦν, ἀθυμοῦντας δὲ μηδὲν ἄξιον, μήθ' ἑαυτῶν, μήτε τῶν κρειττόνων διαπράττεσθαι αἰσχρόν. ταῦτα μὲν τοῦ συμφέροντος. τὸ δὲ δυνατὸν, id est. facultas, ἐφ' ἑκάτερα τὴν ἐργασίαν ἔχει. Inquirit enim tam quæ ſint domeſticæ vires quàm quæ hoſtium. Sed domeſticæ cuiuſmodi eſſe queant, & vnde pecunia ſuppetat, cum nimirum de legionibus conſtet, conſtet item de equitibus, & ſatis magnæ ſint, cum Athenienſium copiæ, tum vero Olynthiorum: De his tanquam confeſſis omiſſa eſt diſputatio. Deinde accedit confutatio, qua Philippi potentiam refutat, atq; oſtendit ruinoſam eam eſſe, propter multas & magnas cauſas, quæ ſingulatim explicantur. Peroratio conſtat quatuor partibus ſicut deinceps audiemus.

ΔΗΜΟΣ-

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ, ΟΛΥΝθιακὸς λόγος πρῶτος.

DEMOSTHENIS

ATHENIENSIS ORAtoris Olynthiaca oratio prima.



ΝΤῚ πολλῶν ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν.



VLTIS vos viri Ahenienſes pecunijs prælaturos eſſe arbitror, ſi planum fiat quod ex uſu futurum ſit Reipub: de quo nunc deliberatis & anxij eſtis. Id quoniam ſic ſe habet ſtudioſè vos audire cõuenit eos, qui parati ſunt vobis conſilium dare.

Δημοσθένους &c.

TItulus continet ὑπογραφὴν personæ Demosthenis ab officio & patria.

Δημοσθένους.

Est genitiuus contractus atticus παρὰ τὸ σθένος τοῦ δήμου à robore populi ut ait Theon Sophista nomen habet.

Ἀθηναίου.

Adiectiuum ex ἀθηνᾶ Minerua Dea sapientiæ ἀθηνᾶ γὰρ ἡ φρόνησις. ἦλθε δ᾽ ἀθήνη, Iliad. 1. dicitur etiam πάλλας ἀπὸ τοῦ πάλλειν καὶ κραδαίνειν τὸ δόρυ à quatienda & vibranda hasta, à Minerua porro Athenæ nominatæ sunt, sicut Plato abundè testatur in aureo Timæo. ἀθηνᾶ seu Minerua anno mundi 2329 anno Isaac 52. in specie virginali apparuisse dicitur apud lacum Tritonidem. Cæterum in Etymologia variãt grãmatici, alij ab α καὶ θηλάω dictam volunt, quod intersit prudentum consilia habere occulta, neq; quibuslibet patentia, id quod festiuo figmento in principio libri VII. Odyss. Homerus effinxit. Alij quasi ἀθήλην quod non sit usa altricibus. Alij ab ἀθρέω, id est, Circumspicio intentius

&

& acribus oculis. Vt vt autem discrepent etymologici, in deriuatione huius vocabuli: verisimilius est, esse deductum ex Hebræo אַרְנִי sicut & Pallas á פֶּלֶא fingunt enim Palladem seu Mineruam è cerebro Iouis natam esse, fortasse aliquid audientes de mirabili generatione filij ex æterno patre, qui veræ sapientiæ fons est & author.

ῥήτορος.

Hoc vocabulum additur ad discrimen. Nam fuit etiam alius Demosthenes Dux in Sicilia Iustinianus libro 4. ῥήτωρ, ἀνὴρ εὐγνώμων καὶ δυνατὸς εἰπεῖν, *Orator est vir bonus & bene dicendi peritus, dicitur* ῥήτωρ ἀπὸ τοῦ ῥέω ῥῶ *fluo, quod descendit ex hebræa radice* רָוָה *irriguus vel humidus fuit, sed* ῥέω *non solum significat fluere, verumetiam dicere: Iliad. 1. de Nestore,* τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

λόγος.

A Præterito medio formatur λέλογα, *abijce augmentum & muta* α *in* ος *the-*

ma est λέγω *quod sit à* הָגָה *lectio meditata. Christus apud Ignatium dicitur* λόγος, ὅτι εἷς θεός ἐστιν, ὁ παντοκράτωρ. ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος οὐ ῥητὸς ἀλλ' οὐσιώδης. οὐ γάρ ἐστι λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θεϊκῆς οὐσία γεννηθή. *Hoc testimonium refutat Samosatenos, qui astutè & impiè Rhetoricantur, quod non sint tres personæ distinctæ diuinitatis, sed quod* λόγος, *significet verbum vocale,* τὸν κατὰ τὴν φωνὴν προφορικὸν λόγον, *& spiritus, motum in rebus creatum,* κίνησίν τινα ἐν τοῖς οὖσι κεκτισμένην. *Item Sabellianos, qui filium ac spiritum in patrem, vnum contrahentes, dixerunt filium & spiritum diuinum aliud esse nihil, quam* ἀνούσια, *hoc est, essentiæ expertia patris nomina.*

Ἀντὶ πολλῶν.

Exordium sumptum est, ἐκ καιροῦ, *Constatq́ue beneuolentiæ conciliatione his verbis,* ἀντὶ πολλῶν ἂν ὑμᾶς *&c. & attentionis petitione his,* δεῖ τοίνυν ἀκούειν *&*

docili-

docilitate quæ in propositione est sicut audiemus. Habetq́; ἐνθύμημα. Vos deliberatis quid sit in causa Olynthiorum faciendum. Ergo studiosè audire debetis eos, qui consilium vobis pollicentur.

Ἀντὶ.

Cum Genitiuo pro vel contra significat. Item æqualitatem, contrarium siue oppositum.

Πολλῶν.

Genitiuus pluralis πολὺς πολὴ πολὺ, putant deriuari à πέλω vel πέλομαι, id est sum, quod sæpe occurrit in Homero. Hinc multa πολλάκις πλεονάκις πλειστάκις. Item πλῆθος πλήθω & πληθύνω, sed vera deriuatio est, ex hebræa radice, מָלֵא plenus fuit, vnde μᾶλλον καὶ μάλα, maxime, & propter symbolismum ac cognationem eiusdem instrumenti literarum, mutarunt græci מ in π literam, Dualem numerum ei adimit significatio.

ἂν.

Elegans hæc particula est & varij vsus

atq; de ea videte Budæum in commentarÿs. Sed hoc loco cum aoristo constructa, ex præterito facit Futurum, ἂν ἑλέσθαι pro αἱρήσεσθαι.

ὦ

Excitat minus attentos.

ἄνδρες. *Fortitudinis admonet.*

Ἀθηναῖοι.

Sapientiæ & felicitatis commonefacit. ἀνὴρ *ab* אָנַשׁ *morbo desperato laborauit. inde* אֱנוֹשׁ *homo miser. Hinc* ἀνὴρ ש *in* ρ *mutato, à quo* ἄνθρωπος.

Χρημάτων.

Genitiuus pluralis. Interpretes græci putant dictionem χρημάτων *habere magnam vim hoc loco, Demosthenem enim ideo nunc eo verbo uti, quia postea eos adhortaturus sit, vt* τὰ θεωρικὰ *faciant* στρατιωτικὰ, *id est, vt pecunia, quam in ludis & spectaculis insumebant, vtantur ad bellum gerendum.*

Χρήματα *dicuntur à* χρῆσθαι, *id est, ab vtendo.*

Ὑμᾶς.

Emphasis in hoc vocabulo, Vos qui

semper

ſemper honeſtatem vtilitati prætuliſtis, neq; Perſarum regi aut cuiquam tyranno auaritia impulſi ſeruire voluiſtis.

Ἑλέσθαι.

Noëma, Publica vtilitas anteponenda eſt priuatis opibus, ἑλέσθαι *aoriſtus* β *medius* αἱρέομαι ὃμαι. *Verbum anomalon* μ. ησω ησομαι π ᾕρημαι αορ: α *paſſ.* ᾑρέθην ἀορ. β. μέσος εἱλόμην *ab* ἕλω.

Νομίζω.

Verbum νομίζειν *&* δοκεῖν *atq; alia eiuſdem generis non ſemper vſurparunt veteres in re dubia, ſed ſæpe etiam de re vera, ſic hic arbitror pro iudico & credo.*

Φανερόν ἀντὶ τοῦ Φανερωθείη.

Sæpe perſonæ adiungitur & participium poſt ſe habet, φανερῶ, σημαίνω, μηνύω, δηλῶ, *Synonyma.*

γένοιτο.

Optatiui modi, γίνομαι καὶ γίγνομαι ἀ כון *perfecit, ſtabiliuit.*

Τὸ μέλλον συνοίσειν.

Hoc ideo dicit, quia genus cauſa eſt συμβουλευτικὸν, *cuius finis eſt,* τὸ συμφέρειν ἢ χρήσιμον.

Μέλλω.

Hoc verbum cum Infinitiuo præsentis & Futuri, vbiq́ & eleganter apud græcos construitur, sed latine non redditur, tantum verbum adiunctum in futurum eius commutatur. Sed pro cunctari ferè absolutè vsurpatur, vt τί μέλλεις, quid cunctaris.

Τῇ πόλει.

Metonymia ciuitas pro ciuibus.

Συνοίσειν.

Futurum a Infinitiui à συμφέρει, conducit, quod mutuatur sua tempora ab inusitato οἴω & ἐνέγκω fero, περὶ ὧν, id est, περὶ τοῦ τῶν πραγμάτων. περὶ ὧν νυνὶ &c. sed græce nomen πραγμάτων melius subauditur, addit Cicero Res, vt quibus de rebus ad me scripsisti. Verum hæc est ratio. Quia Relatiuum sæpe ponitur casu antecedentis omisso.

Νυνὶ.

Significantius est quàm νῦν. Verum hoc loco ἐν τῷ νυνὶ quemadmodum etiam in pronominibus demonstratiuis, quibus iota additur apud Atticos ἔμφασις maior est.

eſt. Deinde ſi νυῶ poſuiſſet orator, aſpera conſonantium concurſio fuiſſet. Poſtremo minus pulchrum duas monoſyllabas dictiones coniungere.

Σκοπεῖτε.

Metaphora à ſagitantibus, vt enim illi ſcopum prius limis oculis aſpiciunt quàm ſagittam emittant: Ita qui deliberant etiam diu cogitant priuſquàm rem ſuſcipiant, σκοπεῖν *idem quod* ἰδεῖν *oculis percipere à* קָשַׁב *attendit, thema eſt* σκοπῶ *unde* ἐπισκοπῶ ἐπισκοποῦμαι *quod ſignificat conſiderare, explorare, infirmos viſitare. Et quia* ἐπισκοποῦμαι *verbum, ægritudini attribuitur apud præcipuos autores, inter quos Demoſthenes, Galenus, Lucianus, recenſentur, quorum teſtimonia Budæus profert, facile eſt coniecturare, quid Epiſcopum Eccleſiæ ſeruatoris noſtrì Ieſu Chriſti deceat. Apud Lucam 19. cap. inquit Chriſtus:* καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. *Phraſes.* αἱροῦμαί τι ἀντί τινος *aliquid alicui antepono. Synonyma*

περὶ τιμῶ, περὶ κρίνω, περὶ πάττω, ἐπὶ περὶ ὅθεν ἄγω. περὶ πλείονος ποιοῦμαι τί τινος.

Ὅτι τοίνυν, τοῦθ' οὕτως ἔχει.

Hactenus τὸ ἡγούμενον, *id est, Cupitis Reipub: bene consultum esse. Sequitur iam* τὸ ἑπόμενον. *Audite igitur,* ὑποσφραγισμὸς *est, in quo concludit, ac veluti rem concessam obsignat. Non enim prius desistere solet orator, quam id quod sibi vtile est, tanquam sigillo impresso ne aperiatur, clauserit. Prior periodus erat prima pars exordij, sed hæc est altera pars, quæ habet conclusionem & attentionem & pertinet ad oratores, quos postulat audiendos esse, Verum conclusio ista habet* κατασκευὴν, *in qua est* ὑποδιαίρεσις, *quæ est cum inueniuntur duo genera rerum & personarum. Personæ* πραγματεία *hoc loco est bipartita, est propositio generalis,* καὶ τὸ ἀόριστον. *Debetis omnes audire qui consilium dare volunt. Deinde* ὑποδιαίρεσις, *nec solum mediatos, sed etiam eos, qui subito consilium dant, audire debetis. Postrema sententia habet* τὸ τελικὸν αἴτιον, *vt ex omnibus delectus vtilitatis haberi posit.*

Ὅτι,

Ὅτι.

Particula ὅτι hoc loco ἀπολογικὴ est καὶ συλλογιστικὴ significans τὸ ἐπειδὴ, id est, quoniam, postquam, οὕτως ἔχει scilicet vos præferre commodo priuato communem vtilitatem. Antea dicebat νομίζω, iam οὕτως ἔχει quod confidentius est.

Τοίνυν.

Est particula conclusionis, quæ nunquam sola ponitur, sed præcedit semper alia particula, vt hic videmus in textu.

Τοῦθ' οὕτως.

Hic omicron abijcitur propter vocalem sequentem per Apostrophum, & τ mutatur in θ, propter dictionem sequentem quæ habet asperum tonum.

Προθύμως.

Θυμὸς propriè pars animi est quæ cupiditatem continet Iliad: α. ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν. Hoc vocabulum pertinet ad libellum de anima, & sæpe occurrit in Nouo testamento apud Lucam 4. 1. cap. Epist. ad Romanos & aliàs centies. Est igitur θυμὸς sub iugulo circa pulmonem glandulosa caro, substrata

ascendentibus venis & arterijs, fortaßis sic nominatur, quia in iratis incensi spiritus ibi ascendunt, qui quidem pulmonem & caput inflammant, vt videmus in iratis rubescere oculos. Iliad. α. ὄσσε δ' οἱ πυρὶ λαμπετέωντι ἐΐκτην. *Ac in ea ipsa parte quæ* θυμὸς *nominatur interdum valde irati, sentiunt acutißimas punctiones, propter concursum spirituum vehementiorem, & quasi æstum & euripum, videtur deriuatum esse ex* עָתַם *vaporauit. Hinc per aphæresin* θυμέομαι, θυμόομαι *irascor, &* θυμὸς. *Vnde* πρόθυμος *alacris, erectus, &* προθύμως, ἐπίῤῥημα. *Nam aduerbia deriuantur à genitiuo plurali nominum adiectiuorum.*

Ἐθέλειν.

Infinitiuus, ἐθέλω *& per Aphæresin* θέλω *volo coniugatur per* θελέω *à quo sua tempora desumit.*

Ἀκούειν.

Ex hebræa radice יָקָה *obediuit, vnde* ἀκούω ὑπακούω *quod hic regit genitiuum* συμβουλευομένων. *Quia verba sensuum construuntur cum genitiuo.*

Βουλο-

Βουλομένων.

Βουλομένων genitiuus pluralis βούλομαι π βεβούλημαι αορ: α ἐβουλήθην deriuatio ex בָּעַל adamauit.

Συμβουλεύειν.

Infinitiuus, verbum huius orationis proprium quod causæ genus significat, hic absolutè ponitur, alias iungitur datiuo & accusatiuo.

Phrasis.

Προθύμως ἐθέλειν, quod Cicero amicè benigneq;, item diligenter & attentè audire.

Οὐ γὰρ μόνον, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκει τις, τοῦτο ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε. ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμετέρας τόχης ὑπολαμβάνω, πολλῶν τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν, ὥς τ' ἐξ ἁπάντων ῥα-

Neq; enim solum, si quid vtile excogitatum dicturus veniat aliquis, id auditum amplecteremini, sed etiam vestræ fortunæ esse suspicor, quod multa eorum quæ opus sunt, aliquibus ex tempore in mentem venire possint, vt dicant, vt ex omnibus

facilis

διὰν τὴν τοῦ συμφέ-
ροντος ὑμῖν αἵρεσιν
γενέσθαι.

facilis vobis eius quod conducat sit electio.

Αἰτιολογία *subijcitur cur omnes audiendi sint. Argumentum ductum est ex fine, quod tractatur distributione partium. Videtur hoc loco Demosthenes meditatus venisse. Rarissime enim ex tempore dicere solitus fuit. Vnde quum Epicles ei perpetuam commentationem vt probrum obijceret, puderet me, inquit, tanto populo consilium dantem, temerè quod in buccam veniret, effutire. Nec lucernam ad quinquagesimum ætatis annum extinxit.*

Obseruandæ sunt particulæ hoc loco.

οὐ μόνον, ἀλλὰ, καὶ.

Hæ particulæ excludunt solitudinem quandam & ponunt societatem. Item οὐ *remouet.* ἀλλὰ *ponit.* οὐ μόνον τὸν θεὸν ἀλλὰ καὶ τὸν πλησίον ἀγαπᾶν ὀφείλομεν.

Εἴτι.

Εἰ *habet accentum acutum, propter dictionem encliticam mox sequentem, quæ non est eius capax.*

Χρήσιμον, ἀ χράομαι *vtor.*

Ἐσκεμ-

Ἐσκεμμένος.

Præteritum participiale paß: Thema eſt σκέπτομαι quod ſit ex צָפָה *conſiderauit, παρατ. ἐσκεπτόμην μ. σκέψομαι π ἔσκεμμαι. σκέπτεσθαι ſignificat maturum conſilium quærere & propriè Academicorum eſt verbum, qui opinionibus incertis ludentes σκεπτικοὶ dicebantur. ἐπέχω περὶ τούτου καὶ διασκέπτομαι, id eſt, nondum de hac re pronuncio ſed deliberandum cenſeo. Phraſes contrariæ ἐσκεμμένον λέγειν meditatum & paratum dicere. ἐκ τοῦ παραχρῆμα εἰπεῖν. ἢ ἐκ τοῦ καιροῦ λέγειν ex tempore dicere. ἥκω μ. ἥξω. Notetur ἥκω ἐσκεμμένος, cum participio, pro ſupino poſteriore latinorum. Sic venio conſultu.*

ἂν ἀκούσαντες. ἂν μόριον δυνητικὸν, ἀκούσαντες *pro* ἀκούσαιτε καὶ λάβοιτε. *Participium* συντομίας ἕνεκα *quod tamen* τάξιν *habet, prius enim eſt* ἀκούειν, ἔπειτα λαβεῖν. *Particula* ἂν *cum verbo optatiui modi hoc loco,* τὸ πρέπον ἢ καθῆκον *ſignificat, decet aut conuenit res accipere. Eſt gradatio in his verbis primo audire, Deinde res auditas accipere,*

cipere, & delectus habendi causa comportare. Postremo ipsum delectum habere.

λάβοιτε.

Optatiui modi secunda persona pluralis à λαμβάνω, *quod sumit sua tempora, ab inusitato* λήβω. *Est Metaphora à corpore ad animum. Non enim capitur consilium manibus sed animo per auditum. Hoc verbum, apparet esse per* ἀποκοπὴν *ex* לָקַת *complexus est inconcussis manibus.*

ἀλλὰ ἐκ τῆς ἡμετέρας.

Hoc loco leniter allusisse videtur ad Atheniensium δυσβουλίαν, *id est, leuia stultaq́; consilia quod vitium ipsis* ἐπιχώριον, *id est vernaculum fuisse, ex fabula constat, quia quæ illi male cōstituissent, Mineruam in bonos & felices exitus vertisse, memoriæ proditum est.*

Τύχης.

Scilicet, ἔργον ἢ ἔθος εἶναι. *Nomen* τύχη *in vtramq; partem & græcè & latinè capitur, sed hic in bonam, pro bono euentu rerum secundarum.*

ὑπολαμβάνω.

Hoc verbo sicut νομίζω *prius iam vtitur,*

tur, quo fugiat affirmandi temeritatem, sumit sua tempora ex inusitato λήβω. *Significat etiam respondere subijcere* ἀπαμείβεσθαι, *ut poëtæ dicunt.* τῶν παρόντων τὶς ὑπέλαβεν, *eorum quidam qui aderant aliquis subiecit.*

Πολλὰ τῶν δεόντων.

Participium δέον, *fit ab Impersonali* δεῖ *deceto portet, debet. Vnde etiam Participij significatio nota est, quod tamen sæpè absolutè capitur pro cum oporteat,* δέον σπουδάζειν παιδάρια παίζει, *quum seriæ res agendæ essent pueri ludunt.*

ἐκ τοῦ παραχρῆμα.

Id est, χρόνου *ex eo tempore quod iuxta rem est, id est subito. Copia,* ἐκ τῆς ἐπιδρομῆς εἰπεῖν. ἐπὶ καιροῦ λέγειν. ἐκ τοῦ προεισαμένου λέγειν. ἐκ προχείρου εἰπεῖν ταχέως λέγειν.

ἐνίοις, *id est, quibusdam. Non enim omnium ea est ingenij vis & celeritas, quæ statim videat quod deceat,* ἐνίοις, *ut Hyperidi, Nausicli, Polyeuto qui aduersarij Demosthenis fuerunt, vel* ἐνίοις, *ut Demadi qui excellentißimo & promtißi-*

mo

mo fuisse ingenio fertur, Eloquentia non apud quosuis Græcorum cœpit, sed apud Athenienses, non nascentibus, sed iam adultis Athenis. Ante Periclem & Thucydidem, litera nulla est, quæ quidem ornatum aliquem habeat, & Oratoris esse videatur. Periclem Anaxagoras erudijt, eius suauitate maximè hilaratæ sunt Athenæ, eius vbertatem & copiam admiratæ, eiusdem vim dicendi terroremque timuerunt. Hæc ætas prima Athenis Oratorem prope perfectum tulit. His ducibus eloquentia excoli cœpit & magistri dicendi multi subitò extiterunt, Gorgias Leontinus, Thrasymacus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Chius, Hippias Elæus, Isocrates tamen omnes vicit, & Lysias quem iam propè audeas perfectum Oratorem dicere. Nam planè quidem, perfectum, & cui nihil admodum desit Demosthenem nostrum facile dixeris. Huic Hyperides proximus, & Aeschines qui apud Athenienses, extemporalem orationem cum copia primus inueniendo, magnam laudem adeptus est, &c.

ἄν.

Ἄν.

Hic conſtruitur cum infinitiuo, ἂν cum ſignificat potentiam omnibus gaudet temporibus & modis. Optatiuo tamen & coniunctiuo præcipuè, cum ſignificat indefinitè plerumq́ ponitur cum ſubiunctiuo, vel eſt hîc πλεονάζων.

Ἐπελθεῖν.

Infinitiuus. Thema ἔρχομαι *anomalon quod coniugatur per* ἐλεύθω ἄχρηστον. ἐπέρχομαι *aduenio, inuado. Aor. β* ἐπῆλθον ες, ε. *Accipitur etiam pro eo quod eſt in mentem venit. Vt,* ἐπῆλθέ μοι εἰπεῖν. *Hoc loco idem eſt quod* παρίστασθαι ἢ ἐπιέναι. *Cicero in mentem venire,* εἰπεῖν יָפֵחַ *efflauit, Hinc* ἔπω, εἶπον, εἶπα.

ὥς τ᾽ ἐξ ἁπάντων.

Enthymema eſt inuerſum, Antecedens poſteriore loco poſitum habens, quod ſic rectè proferas ordine licet. Ex multorum ſententijs facilis eſt optimi conſilij delectus. Ergo ſunt omnes audiendi, ὥς θ᾽ αἵρεσιν ἐξ ἁπάντων γενέσθαι *periphraſis eſt* ἀντὶ τοῦ, ὥστ᾽ ἐξεῖναι αἱρεῖσθαι *vt liceat eligere, ſic* ὥς τε *cum infinitiuo eleganter*

pro vt πέλικον. Alias pro itaq; cum indicatiuo sub conclusionis significatione, Verum hic obseruabunt studiosi rationem, quare accusatiuus αἵρεσιν, hoc loco redditur per nominatiuum, ὥς τε quando significat vt, cum infinitiuo construitur, qui per Coniunctiuum reddendus est, Accusatiuus autem si addatur, nominatiui vim habet. ἐξ ἁπάντων idest, cum ex ijs qui præmeditati, tum ijs qui ingeniosi ex tempore aliquid afferunt.

ῥᾳδίαν.

ῥᾷον *vnde* ῥαΐζω ῥᾷστος.

Αἵρεσιν.

Ab αἱρέομαι, *hic pro electione vel opinione. Alias institutum est vel priuata opinio, siue bona siue mala. vnde hæretici dicuntur, Dicitur etiam* ἄιρεσις, *cum cadauera cæsorum in prælio ad humandum asportantur.* συμφέροντος *genitiuus à* συμφέρον.

DIALECTICA EXplicatio periodorum hactenus propositarum.

Quoniam

Quoniam autem exordium quæstionem habet, à causa plerumque separatam & extra rem ipsam, vt ita dicamus, eam quoque seorsum explicat Dialecticus, vt hoc loco quæstio exordij est. An Athenienses debeant audire oratorem, cuius affirmatio tenetur tribus rationibus à causis ductis. Prima ab antecedentibus. Quia expetunt consilium optimum de rebus suis habere. Dari autem non potest ijs consilium qui non audiunt. sic igitur argumentatur. Qui in rebus necessarijs consilium expetunt, debent eos qui consulere velint, audire, Athenienses consilium expetunt. Ergo debent eos audire, qui consulere velint. Maior non est in textu, sed ex minore colligitur. Non enim seruant oratores Dialecticorum ordinem, Minor est in his, verbis: ἀντὶ πολλῶν &c. Συμπέρασμα his, προσήκει τοίνυν &c. Altera ratio à consequentibus vel à causa velut materiali. Athenienses habent viros consultos & peritos, Ergo consilium eorum in rebus dubijs audire debent. Consequens est enim in genere actionis,

consilium audire eius, quod viros consultores habent. ὥσπερ ἐν σχέσει τῆς οὐσίας, τὸ ζῶον ἑπόμενόν ἐστιν ἀνθρώπου, *his verbis continetur,* ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω *&c. Tertia causa est finalis, ut cum ij omnes audiuerint, optimum consilium hi sequi possint.*

Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς, ἀντιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά.

Tempus ergo præsens hoc viri Athenienses, & occasio, propemodum quasi vocem emittit, vobismetipsis illarum rerum curam aliquam geratis, Sed nos haud scio, quomodo mihi erga eas affecti esse videamur.

Ante de pecunia theatrali, deq; communi periculo obscurè dixit orator. Quorum vnum vtilitatis est, alterum facultatis, Iam occasionis meminit quæ vtilitatem facultate & necessitate coniunctam habet,

habet, ſæpe enim voluntas & facultas in vnam ſententiam concurrunt. Meminerint hic ſtudioſi dulciſſimos Menandri verſus de occaſione:

ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τρυγώμενα,
καιρὸς γάρ ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολὺ.
ταχὺς δὲ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.
τὸν καιρὸν εὔχου πάντοθ' ἵλεων ἔχειν.

Omnia grata ſi tempore ſint vindemiata,
Occaſio enim longè legibus præſtat,
Paulò momento mutat tempus negocia.
Occaſionem precare, vt vbiq; propitiam
habeas.

Eſt etiam hic κατάστασις *cauſæ ſed* φυσικὴ *& obſcura, quæ* περίστασιν *totius orationis continet* ἀλλ' ἀόριστον *de ferenda ope. Propoſitio hæc eſt: Res ſtrenuè eſt gerenda. Ratio. Quia non poteſtis alioquin eſſe incolumes.*

Παρὼν.

Thema πάρειμι, *contrarium* ἄπειμι *à* הָיָה *vel* הָוָה. *Hinc Græci pro* ה *vſurpant lenem aſpirationem & dicunt* ἔω *à quo* εἰμὶ *ſum.*

Καιρὸς.

Vnde εὐκαιρία, *Cicero 2. off.* χρόνος καὶ καιρὸς *differunt, sicut genus & species,* χρόνος *est genus,* καιρὸς *species.* χρόνος λέγεται ἡ τοῦ ἡλίου κίνησις ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ καὶ ἐνιαυτὸς. καὶ ἔτος, καιρὸς καὶ μέρος τοῦ χρόνου.

Μονονουχὶ.

Compositio est ἀ μόνον *tantum &* οὐ *vel* οὐχι *non, inde* μονονοῦ *vel* μονονοὺκ *vel* μονονουχὶ *tantum non, vel (vt Terentius loquitur) modo non, fermè, propemodum, Terentius, senem per epistolas pellexit, modo non auri montes pollicens.*

Ἀφιεὶς.

Thema ἀφίημι *emitto, periphrasis* τοῦ φωνεῖν καὶ ἐκλαλεῖν, *& est prosopopoeia elegans,* καὶ τολμηρὸν διανόημα *dicere, tempus vocem emittit,* ἀλλὰ βραχεῖα προσθήκη παραμυθίαν. *Cicero hanc sententiam sic effert. Hodie primum veritas, vocem contra inuidiam emittit. Sic etiam contra Eunomianos testimonia sanctarum scripturarum, ad euersionem vnigenæ fily Dei iaculantes, disputans Nazianz. pecu-*

liarem

liarem κατὰ προσωποποιίαν *in ſcriptura loquẽdi modum eſſe dicit, cuius verba cum perſpicua ſint hoc loco aſcribam*, πολλὰ γὰρ ἡ γραφὴ προσωποποιεῖν οἶδε, καὶ τῶν ἀψύχων ὡς τὸ, ἡ θάλασσα εἶπε τάδε καὶ τάδε, καὶ ἡ ἄβυσσος εἶπεν, οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ. καὶ πάλιν ῥομφαία τι διακελεύεται, καὶ ὄρη, καὶ βουνοὶ λόγους ἐρωτῶνται σκιρτήσεως.

Ὅτι.

Quod, quia, eo quod, ſed plerunq; apud latinos per infinitiuum redditur. Apud Philoſophos, τὸ ὅτι *nuda præcepta ſunt*, τὸ διότι *cauſas præceptorum continet, ſicut ſtudioſi ex lectione Ariſtotelis facilè intelligunt, ſed hic* ἀντὶ τοῦ ὅτι *poteſt etiam dici* Διά τι *propter quod.*

Ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς.

Emphaſis eſt, deſinite ſperare, vos ipſos nihil facturos, alios autẽ pro uobis omnia ſuſcepturos, neq; eſt quod ſperetis Deos, dormitantibus vobis, omnia confecturos. Omnia dat Dominus, ſed non per cornua taurum.

Ἀντιληπτέον.

Aduerbium poſitionis ab ἀντιλαμ-

βάνομαι, Luc. I. ἀντιλάβετο τοῦ ἰσραὴλ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, construitur cum genitiuo & significat suscipere, pro aliqua re pugnare. Aduerbia positionis deriuantur à tertia singulari indicatiui τοῦ παρακειμένου passiui, sublato augmento & mutato, ται in τέον. Differunt ἀντιλαμβάνεσθαι & φροντίζειν, quod hoc animi est, illud dictionum, ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. incumbere omni studio, Cicero in Philip. Item ἅπτεσθαι τῶν πραγμάτων, sed illud grauius est. εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας, præcipuum locum seu argumentum totius orationis hic leuiter tangit, vt postea inclinato auditorum animo præualeat oratio.

Σωτηρίας.

A שוּעַ vel יָשַׁע saluus fuit. Hinc σόω σώζω σωτὴρ σωτήριος σωτηρία. Hunc locum sic prope transtulit Cicero in Epistolis, si qua de Pompeio nostro tuendo cura te attingit, σωτηρίαν intelligit orator quod paulo ante dixit, τὸ συμφέρον τῇ πόλει. Figura, hoc loco ab Hermogene, περιπλοκὴ dicitur, legite eum μετὰ δεινότητος.

ὑμεῖς

ὑμεῖς δ᾽ οὔκ.

Ὑποσιώπησις qua vitat τραχύτητα orator. Aſperæ enim ſententiæ ſunt, quibus perſonæ ſuperiores, aperte à vilioribus obiurgātur, habet tamen ἐπιτίμησιν breuem & lenem, ſe etiam admiſcet orator hiſce verbis, neſcio quomodo in hac cauſa affecti ſimus: Animaduertent ſtudioſi eſſe differentiam inter ὑποσιώπησιν & ἀποσιώπησιν. Quod hæc prorſus rem recitat: illa vero αἰνίττεταί τι, obſcure quid innuit.

Οἶδα.

Præteritum medium, יָדַע nouit quod proprium mentis eſt, unde εἰδέω καὶ εἴδω verbum anomalon, Opta: εἰδείην Subiunct. εἰδῶ. Infinit. εἰδέναι. Iliad: 1. ὃς ᾔδη τά τε ἐόντα, τά τ᾽ ἐσσόμενα, πρό τ᾽ ἐόντα.

Δοκοῦμεν.

A δοκέω. Coniungatur per δόκω ἄχρηστον, dicit orator δοκοῦμεν ἔχειν & non ἔχομεν. Quoniam hoc ἀπόφασιν, id eſt negationem, illud ἐνδοίασιν, id eſt, aſſeuerationem quæ vocabula opponuntur apud Hermogenem.

ἔχειν πρὸς αὐτὰ hoc à Cicerone affectum esse ad vel erga dicitur, vt de amicitia, eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nos, οὕτως ἔχομεν πρὸς φίλον ὥσπερ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς.

Summa exordij.

Hactenus exordium, cuius sex præcipuè fuerunt sententiæ, vna ἡ πρότασις τοῦ προοιμίου, cupitis quomodo Reipub: prouideri posſit scire. Altera ἡ ἀπόδοσις siue ἀξίωσις. Audite igitur oratorum consilia, Tertia ἡ κατασκευή. Non solum meditatorum, sed etiam subito dicentium. Quarta ἡ βάσις quasi conclusio, quæ & propositionem & petitionem simul complectitur, vt delectus vtilitatis habere posſitis. His partibus exordium constare docet Hermogenes. Quinta sententia docilitatis est, προτροπὴ nimirum vehemens, & γνωμικὴ πρότασις orationis. Capeſsite Rempub: postrema ἡ μέμψις ignaui sumus.

Ἐγὼ δὴ τάγ' ἐμοὶ δοκοῦντα ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθει-	Ego quidem sic censeo decernēdum esse auxilium, &

αν, καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθείσεται, καὶ μὴ πάθητε ταυτὸν καὶ πρότερον. πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτα ἐρεῖ, καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν. ὡς ἐστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν, καὶ δεινὸς ἄνθρωπος, πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκα ἂν τύχῃ. τὰ δ᾽ ἀπειλῶν (ἀξιόπιστος δ᾽ ἂν εἰκότως φαίνοιτο.) τὰ δ᾽ ἡμᾶς διαβάλλων, καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

exercitum instruendum, idq́ confestim, ut illis hinc suppetias feratis, nec illud idem patiamini quod olim antea. Deinde legationem mittendam esse, quæ nunciet hæc Olynthijs, atq́ rebus ipsis fideliter gerendis intersit. Etenim id maximè est verendum, ne veterator iste & callidus artifex rebus gerendis, partim cedendo, si fors ferat, partim minitando. (Dignus autem iure videtur, cui habeatur fides) partim nos calumniando atq́ absentiam nostram, aliquid de summa rerum inverterat, atq́ ad se transferat.

Narratio quæ habet πρότασιν τοῦ λόγου ὡρισμένην. *Est autem* πρότασις διμερής, περί τε τῆς βοηθείας, καὶ τῆς πρεσβείας, *Absoluitur autem narratio sicut ante dixi 5. partibus, quarum 1. est*, ψηφίσασθαι μὲν δὴ τὴν βοήθειαν, *&c. de decreto. 2.* πρεσβείαν δὲ πέμπειν, *de legatione mittenda. 3.* Φημὶ δὴ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι, *&c. de exercitu comparando. 4.* τὸ μὲν οὖν διπτις μᾶν. *de exercitu partiendo. 5.* περὶ δὲ τῶν χρημάτων πόρου, *de pecuniis theatricis in hoc bellum insumendis.*

Δοκοῦντα.

Participium loco verbi, ἐστι ταῦτα τά μοι δοκοῦντα, τουτέστι, ταῦτά μοι δοκεῖ. σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντά ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τάδε, *omne videtur soluitur per aliud videtur, quo dicto litigiosi homines, atq; pugnaces disputatores repelluntur. Verbum* δοκεῖν *proprium deliberationis est, vt latine opinari, vnde opinio & sententia* τὸ δοκοῦν.

Δή.

Notandum obiter δὴ *hic continuatiuam particulam, vt latine igitur, cum alias sit sæpe ornatus tantum orationis.*

Ψηφίσασθαι.

Ψηφίσασθαι.

Prima pars narrationis de ſubſidio in qua hæc ſunt, 1. Decretum. 2. Apparatus. 3. Profectio. 4. Finis. ψηφίζομαι *verbũ eſt iudicij & ſignificat ſuffragium, iudicium, à nomine* ψῆφος *calculus, à quorum numero iudicabant Athenis olim, erant enim albi & nigri, quibus in iudicio vel decreto faciendo, vtebantur, & qua ex parte plures albi erant, vincebant. Pindarus 7. Oda. Olympiaca,* ἐν μεγάροισιν, τ᾽ οὐχ᾽ ἕτερον λιθίνα ψᾶφος ἔχει λόγον, *à* חָשַׁב *cogitauit, vnde per inuerſionem radicis* ξηφίζω καὶ ψηφίζομαι, *computo, decerno* ἐ ψῆφος.

Βοήθειαν.

Metonymia adiunctum pro ſubiecto.

Παρασκευάζεσθαι.

Verbum militare βοηθείας *proprium, id eſt, auxiliarium copiarum, à nomine* σκεῦος *ſarcina,* συσκευάζεσθαι *vaſa colligere.* διασκευάζεσθαι ἐν ὅπλοις *armari, Ciceroni eſt inſtruere bellum & ornare exercitus, in oratione contra Rullum.* σκευάζω *ſimplex eſt* חִדֵּשׁ *nouauit.*

Τὴν ταχίστην.

Subaudite βοήθειαν vel ὁδὸν, vel ἐπιῤῥη-
ματικῶς, confestim, celeriter, ὡς τάχιστα, &
hæc est ratio, Quia accusatiui fœmini-
ni generis aliquando aut ἐλλειπτικῶς aut
pro aduerbijs ponuntur, similis locus est
Iohannis 8. τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν.
Vbi τὴν ἀρχὴν pro aduerbio vsurpatur,
vt nos dicimus principio aut in primis,
seu ante omnia, seu prorsus, ita ibi accipia-
tur, principio, hoc ipsum sum quod loquor,
id est, sum persona, quæ vobiscum loquor
à principio, cum patribus, prophetis, &c.
quasi dicat, rideatis sanè, ego tamen af-
firmo vobis me esse hunc ipsum, quem di-
xi, vocabulum est ex טָחָה eiecit sagittam
ab arcu fortißimè iaciendo, vnde ταχὺς
ταχυνω accelero, ταχέως celeriter.

ἐνθένδε.

Id est, ex hoc ipso agro seu Athenis, non
ex confœderatis ciuibus. Est ἔμφασις in
hac particula. Athenienses vt & aliæ gen-
tes habebant duo genera militum, vnum
τῶν οἰκείων ἢ πολιτῶν ciuium suorum. Al-
terum τῶν μισθοφόρων ἢ ξένων peregrino-
rum,

rum, ad discrimen igitur dicit orator ex ipso agro conscribendum esse exercitum.

Καὶ μὴ πάθητε.

Ratio quæ sumpta est, ἐκ τῶν ἐκβάντων, πρότερον, scilicet propter tarditatem & dubitationem. Nam populus Atheniensis erat acer in decernendo, sed tardus in exequendo, vt ex secunda Olynthiaca satis apparet, πάθητε. Secunda persona pluralis subiunctiui, πάθω ῃς, ῃ, prima pluralis πάθωμεν thema πάσχω, à πείθομαι, & πάσχω est futurum commune πείσομαι apud Homerum habetis, ἄτιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω vbi πείσεσθαι vel per passurum vel per suasurum esse, exponi potest, quia est duorum verborum sicut dixi, significatione tamen, & origine discernuntur, à בָּעַת perturbatus est animo, fit πάθος.

Πρότερον.

Comparatiuus à præpositione πρὸ, latine olim, veluti vtinam tecum coràm olim potius, quàm per epistolas, Cicero ad Attic. id est, πρότερον.

Πρεσβείας δὲ.

Secunda pars narrationis, in qua docetur

tur τὸ πρακτέον δεῖ nempe emittendam esse legationem. Addit etiam τηλικοῦν αἴτιον ὅτι δήπου διμερές ἐστι. 1. ut indicet Olynthijs nos eis opem laturos. 2. ut intersit rebus gerendis, id est, confirmet & consilio iuuet res.

Πρεσβείαν πέμπειν.

Metonymia ut in βοηθείᾳ adiunctum pro subiecto, dicunt autem graeci πρεσβείαν in singulari, & πρεσβείας in plurali & πρέσβεις πέμπειν, pro eodem, thema πρεσβεύω, πρεσβεύειν εἰρήνην legationem obire de concilianda pace, Apud Nazianz. accipitur pro supplicare, ἀλλὰ τὸ πρεσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν, τῷ λόγῳ τῆς μεσιτείας obseruate regulam. Nomina in εια, partim fiunt à verbis in εύω, ut βασιλεύω βασιλεία: partim à nominibus primae declinationis contractorum in ης, ut ἀληθὴς, ἀλήθεια, &c.

Ἥτις, ὑπογραφὴ legati, similis illi Ciceronis, legatus est nuncius pacis & belli, curator & interpres publici consilij, minister muneris prouincialis.

Ἐρεῖ

Futurum παρὰ τὸ ἔρειν, unde ῥήτωρ.

ὡς

Ὡς ἐςὶ μάλιςα.

Confirmatio posterioris partis, quæ habet tale Enthymema, periculum est ab aduersario, ne nobis absentibus Olynthios seducat, quia dolosus est. Est igitur ei obuiandum, idq́; per contrarium nempe per nostram præsentiam. Antecedens enumeratione partium doli & calliditatis explicatur, quæ sunt simulatio Philippi, versutia, vis, comminationes. Obiectio, Ergo non erunt etiam firmi socij nobis, vbi amicitiam inierimus, si ipsius potentia à nobis diuelli possunt? solutio à contrarijs causis potentiæ illius, nempè diffidentia, quæ ex dissimilitudine animorum nascitur.

Πανοῦργος ἢ δεινός.

Αἴτιον κινητικὸν *ad legatos mittendos impellens, nempe Philippi malitia & calliditas,* ὅτι πάλιν γίνεται αἴτιον τηλικοῦν, *scilicet ne Reipub. damnum inferatur.* πανοῦργος *dicitur quasi* πᾶν ἔργον μηχανώμενος, *id est, omnibus neruis vtitur, ad perpetrandum maleficium,* δεινὸς *callidus. Cicero callidos vocat, quorum, vt manus*

opere, sic animus vsu concalluit. πανοῦργος est actionum, δεινὸς est ingenij, δεινὸς πολεμεῖν peritus belli gerendi, ab אֵיתָן durus, potens.

ἄνθρωπος.

Ad vituperium Philippi hoc dicit, vt latinè homo luteus & nauci, ἄνθρωπος, ἄνω sursum & ῥέπον vergens: Iussit & erectos, ad sidera tollere vultus. Verum in hexameri Sexto, Ambrosius, sicuti ab humanitate inflecti nomen hominis, ita ab intuendi viuacitate, ἄνθρωπον à græcis nuncupari opinatus est.

Χρῆσθαι.

Pro χρᾶσθαι Infinitiuus Atticus.

Τὰ μὲν εἴκων.

Descriptio callidi & versuti & maximè potentia abutentis.

Εἴκων.

Participium τοῦ εἴκειν. cedens, id est, cedendo. Nam participia græcis etiam gerundi, vt vocant, modum continent, Sæpè etiam per verba, coniunctionibus, aut Relatiuis qui, quæ, quod additis, redduntur cōmodius, quod, quando & quomodo fieri

debeat,

debeat, vſu diſcetur melius quàm praeceptis. εἴκων, *participium* τρέπε, εἴκω μ. εἴξω π. ἦκα *cedo,* πῶς αὐξάνεσθαι εἴωθεν Φίλιππος; εἴκων *&c. à* יקה *obediuit, unde* εἴκω ὑπήκω.

Ἡνίκα ἂν τύχῃ.

Vbi res ita tulerit, vel vbi ita neceſſe ſit, aut expediat, τύχῃ *verbum de rebus fortuitis à* τυγχάνω, ἀορ. β. ἔτυχον, *cui tertia perſona* ἔτυχε *imperſonaliter vſurtur pro contingit, vnde* τύχη. ἀπειλῶν ἀπειλῶ *minor,* ἀπειλὴ *mina,* ἀπειλῶν, *vt cum 40. ſtadia Olyntho abeſſet, dicebat alterutrum eſſe neceſſe, aut illos in vrbe aut ſe in Macedonia non manere.*

Ἀξιόπιστος.

Ratio ἐκ τῶν ἐκβαίντων κατ' ἐπεμβολὴν, *deriuatur ex* ἄξιος *&* πιστός, *vel potius* ἀξίας *aeſtimatione, ex qua autoritas & fides eſt. Cicero ſic dicit, cui merito fides habeatur.* τὰ μὲν, τὰ δὲ *haec quidem, in his quidem, quod eſt partim.*

Διαβάλλων.

Vt homines ignauos, aut ſocios infidos, quid enim faciant homines iſti diſſo-

luti, ocio, luxuq́ diffluentes, διαβάλλω nomen est diaboli factum.

Τρέψηται.

Futurum, id est, in suam sententiam Olynthios adducens, & à nostra amicitia societateq́ conuertens, videtur in hoc verbo esse τὸ ἑκούσιον, τρέπομαι, τρέπω *verto, muto, quod deriuatur ex* דָּבַר *locutus est, inde per Metathesin literarum* τρέπομαι τρόπος.

Τὴν ἡμετέραν.

Articulus postpositus vim habet exponentis.

Παρασπάσηται.

Hoc verbum est τῆς βίας, *id est, violentiæ, & est metaphora sumpta ab ijs, qui ad aras confugientes per vim abstrahuntur, aut à membro luxato, quod à corpore vi auellitur. Thema est* παρασπῶμαι *auello, abstraho, ad me retraho, alieno, abaltero.*

οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικὲς, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τοῦθ' ὅπως δυσ-

Veruntamen viri Athenienses, id quod est inuictissi-

μαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων καὶ βέλτιστον ὑμῖν.

mum in rebus Philippi, id vobis est commodissimum.

Ratio constructionis.

Ὁ Φίλιππός ἐστι πανοῦργος καὶ δεινὸς ἄνθρωπος, οὐ μὴν ἄγαν αὐτὸν φοβητέον, ἀλλὰ ὅπερ ἐν αὐτῷ δυσμαχώτατον, τοῦθ᾽ ὑμῖν βέλτιστον, *ut* οὐ μὴν μόριον ἐναντιωματικόν, *vel particula quæ* κατὰ ἔλλειψιν *aut* ἀποσιώπησιν *alicuius sententiæ, quæ præcesserit aut addi poßit ponatur, distinguenda sit à particula* ἀλλά.

οὐ μήν.

Exordium fuit modicum, item propositio, sed iam sequitur tertia pars, confirmatio quam græci ἀπόδειξιν *vocant à refutatione. Nam nihil tantopere Atheniensibus obstare videbatur, quam quod Philippus putabatur esse* δυσμάχητος καὶ δυσπολέμητος, *hoc tametsi concedit, tamen ostendit absurdum esse vt obsit Atheniensibus.* οὐ μὴν κεφάλαιον ἐναντίον, καὶ ὑποφορά, *difficile est cum Philippo bellum gerere.*

Ἐπιεικῶς.

Propriè significat modestè, iustè, æqualiter, ab Adiectiuo ἐπιεικὴς, *cui opponitur apud Diodorum Siculum* ἀσεβὴς. *Est vocabulum* πολύσημον, *significat etiam verisimile, pertinet ad prouidentiam deorum, item significat* τὸ πανὺ καὶ τὸ παράδοξον, *sicut Suidas annotauit.*

Δυσμαχώτατον.

Δύσμαχος *difficulter expugnabilis, à* δὺς & μάχομαι, δὺς *est particula, quæ solum in comparatione inuenitur, & malum vel magnam difficultatem significat.*

καὶ *Sæpe in oratione redundat & per etiam aut vel, interpretandum.*

βέλτιστον.

Antypophora ἢ λύσις, *non est difficile cum Philippo bellum gerere.*

Τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν, καὶ

Quod enim ille vnus sua autoritate omnia moderatur consilia, tam arcana quàm non arcana, simulque impe-

πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου, ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει.

rator, & dominus & quæstor est, & nunquam ipse discedit ab exercitu, quod quidem ad res bellicas celeriter & tempestiuè conficiendas longè excellit.

Τὸ γὰρ.

Conceßio seu ratio quæ incipit ab ὁμολογία, *fatetur non paucis, sed pluribus verbis.*

Ratio constructionis.

Τὸ εἶναι. *Infinitiui cum articulis ponuntur pro nomine in omni casu, sæpe hîc infinitiuus resoluendus est per* ὅτι, *maximè si sequitur accusatiuus vt hoc loco, simile exemplum est, Philippen. 2.* ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, *id est, inserens vobis efficaciam, ac suppeditans agendi facultatem. Non dicit* ποιῶν: *cogens aut rapiens violenti motu.*

Ἕνα ὄντα, *id est,* μονάρχην ἢ βασιλέα.

Ὄντα participium causæ, Est rex, consequens. Ergo est αὐτοκράτωρ, id est, habet in omnibus rebus summam potestatem. Est descriptio regis, vel αὐτοκράτορος περίφρασις, ex consequentium enumeratione.

Ἕνα, id est, ille est vnus, at vos habetis multos duces.

Κύριον, id est, ille est Dominus omnium, ad vestros duces nulla vtilitas redit præter pericula, imò stipendio etiam deficiunt. Olynth: 2.

ῥητῶν, id est, solus ille nouit decernitq́ꝫ omnia, vos vero dissentitis dum aliud alijs placet, ῥητὸς dicendus, determinandus, definitus ἐν ῥητῷ χρόνῳ certo & determinato tempore. ἐπὶ ῥητοῖς super certa re, ῥητῷ opponitur ἀπόῤῥητος.

στρατηγὸς, id est, ille est dux ipse, vos non modo non ipsi milites, sed ne ciues quidem aliquos qui obseruent, quid mercenarij milites agant emittitis, Philip. 1. à שֹׁטֵר præfectus, dux, fit στρατηγέω ducem ago, στρατηγὸς. στρατὸς, exercitus, στρατιά.

Δεσπο-

Δεσπότην.

Id eſt ille eſt Dominus, ſed vos in iudicium duces veſtros, cum quid offenſum eſt adducitis, eosq́; vt fures & plagiarios plectitis, Philip. 1. à שָׁפַט *iudicauit per metatheſin literarum* δεσπότης δεσπόζω *dominor. Differunt inter ſe* στρατηγὸς ϗ δεσπότης. *Nam* στρατηγὸς *eſt quicunq́; ducit exercitum, miſſus vel à ciuitate vel à rege, qui vero mittit eum eſt* δεσπότης.

Ταμίας.

Ille abundat pecunijs, vos ducibus nullam datis nec vultis conferre, nec theatralem admittere. Metaphora à re domeſtica ad bellicam. Eſt enim ταμίας *promus condus cibariorum vulgo diſpenſator, à* חָטַם *reconditus fuit,* ταμιεύω, ταμεῖον, ταμίας, *Omnia hæc vocabula ſunt in vituperium Philippi quæſita.*

Πανταχοῦ.

Vbiq́; conſtruitur cum genitiuo, vt πανταχοῦ γῆς, *vbiq́; gentium.*

Παρεῖναι.

Infinitiuus πάρειμι, *ſenſus eſt, ille ſemper in exercitu adeſt, vos mercenario*

militi omnia committitis, Ideo cum nemo qui eum in officio contineat, adest, ad Artabazum aut alio nauigat, eumq́ sequi dux cogitur, Philip. 1.

περὶ μὲν τὰ τὰ, &c.

Articulus sine casu respondente, præpositus genitiuo nominis substantiui, possessionem significat, & tunc subauditur commodum aliquod nomen, οἷον πρᾶγμα, *vel participium verbi substantiui* εἰμὶ.

Πολέμου.

Genitiuus tertiæ declinationis simpl: à כָּלַם *constrinxit, unde* πόλεμος καὶ παλάμη.

Ταχὺ.

Ille celeriter & in tempore res conficit. Vos occasiones omnes amittitis. ταχὺ à מָחַר *quod ante,* κατὰ καιρὸν *tempestiuè,* παρὰ καιρὸν *intempestiuè,* καιρὸς *est particula temporis vel occasio,* χρόνος *tempus ipsum.*

Πολλῷ περιέχει.

Plurimum valet, plurimum potest, plurimum adfert, ἀντὶ τοῦ πολὺ περιέχει.

πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει.

Sed quod ad recõciliationem gratiæ, quã cum Olynthijs libens, fecit, lõge aliter se habet.

Ἀντεισαγωγὴ *vel* ἀντεπιχείρησις *à consequenti, ostendit enim cur illud sit* βέλτιστον. *Eædem illæ res ei nocent in causa Olynthiorum.*

Καταλλαγὴν.

Vocat Cicero reconciliationem gratiæ, καὶ καταλλαγὴν πρὸς ἀλλήλους πεποιημένην. καταλλάσσω *muto, concilio, reconcilio, à* חָלַט *mutauit, fit* ἀλλάττω *siue* ἀλάσσω. ἄσμενος *libens, auidus,* ἀσμενίζω, *libenter accipio, ab* ארן *vel* ἥδομαι, *vnde* ἥσμαι καὶ ἡσμένος *siue* ἄσμενος ἀσμενέστατα *cupidißime, vel à* שמח *lætatus est fit* ἄσμενος *gaudens,* καὶ ἀσμένως.

Ἐναντίως ἔχει.

Σχῆμα τῆς ἐπιμελείας καὶ κάλλους, *quod ab Hermogene* ἀντιστροφὴ *vocatur, quod* ἐναντίον ἐστι τῇ ἐπαναφορᾷ, *fitq; quum eadem dictio, in fine diuersorum membro-*

rum

rum ponitur, vide Hermogenem de formis orationum pag: 176.

Ἐναντίως ἔχει, *longè se aliter habere dicit Cicero, Cæsaris autem longißimè diuersa est ratio, id est,* περὶ δὲ τοῦ καίσαρος ἐναντίως ἔχει.

Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, καὶ ἴσασιν, ἅτ' ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ πυδναίων ὑποδεξαμένους, καὶ ὅλως ἄπιστον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι.

Neq; enim obscurum est Olynthijs, se nunc non de gloria, neq; pro parte regionis bellum gerere, sed de vastitate & seruitute patriæ, & sciunt quomodo se tum aduersus Amphipolitanos gesserit, cùm hi dedissent illi vrbem, tum aduersus Pydnæos, cum intra mœnia eum recepissent. Et in summa, infideles, mea sentētia ciuitatibus sunt reges præsertim finitimi ac vicini.

ἐπι-

Ἐπιχείρημα ἐκ τῶν τελικῶν αἰτίων, Exitium à Philippo Olynthijs imminet, hoc sciunt ipsi, vnde conficitur, quod in societate & fide Atheniensium sint mansuri, & non facile credituri Philippo. Duo enim coniunctè hoc in loco probantur, & Philippi infirmitas & constantia Olynthiorum, id quod valde ingeniosum est.

οὐ περὶ δόξης.

ἀπόθεσις, remotio de qua Hermogenes. Obseruatè quod hic triplicem finem bellorum ostendit: Homines enim bella gerunt, vel διὰ τὴν δόξαν, vel vt aliquid ad conditiones suas adiungant, id est, propter vtilitatem, vel vt seruitutem & mortem depellant, id est, ob necessitatem. Demosthenes hic remouet duo, & dicit finem belli non fore tantum gloriam, neque partem agri, sed interitum & seruitutem, atque tertium illud retinet.

οὐ οὐδὲ.

οὐ primo loco negat, οὐδὲ sequentibus, οὐδὲ solum positum, significat ne quidem, interdum, οὐδὲ geminatur vel multiplicatur cum emphasi.

ὑπὲρ

ὑπὲρ μέρους.

ὑπὲρ ab עָבַר transijt, ὑπὲρ cum genitiuo significat pro, & est auxilij. ὑπὲρ χώρας πολεμεῖν de imperio certare, vel certamen esse honoris & dignitatis. ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ vero capitis & famæ. ἀ כּוּר quod est fornax excisa in terram χωρέω habito & χώρα regio, χωρίον.

Ἀλλ' ἀναστάσεως.

Θέσις apud Hermogenem. Ἀναστάσεως ab ἀνίστημι. ἀνάστασις, hoc loco accipitur pro euersione. Alias est salutaris Iesu Christi resurrectio, de morte in vitam. Est ἀνάστασις resurrectio, vt cum de somno aliquis excitatur.

Ἀνδραποδισμὸς.

Seruitus, ἀνδραποδίζομαι mancipio capio.

Καὶ ἴσασιν.

Eam probat duobus exemplis, Amphipolitano, scilicet, & Pydnæo, ἴσασιν gnari sunt, tertia pluralis, Thema ἴσημι, cognosco ab inusitato ἰσάω.

Ἅ τε ἐποίησε τοὺς παραδόντας.

Ἐποίησε cum duobus accusatiuis, vt fit

in

in ἀφαιρεῖσθαι καὶ ἐρέσθαι interrogare ac similibus, de quibus in Syntaxi. Sed hæc est ratio. Attici vsurpant accusatiuum loco datiui, vbi significant bene aut malè fieri cuipiam, vt οἷά με ποιεῖς ἀντὶ τοῦ ἐμοί.

Παραδόντας.

Dicit non προδόντας. Nam προδοῦναι est paucorum & proditorum, παραδοῦναι vero est publici consilij, παραδοῦναι τὴν πόλιν dedere vrbem.

Ἀμφιπολιτῶν.

De Amphipoli, diu & multum inter Philippum & Athenienses pugnatum est, sed eos Philippus diuturnitate belli fatigauit, atq; in hoc bellum Amphipolitanum, talenta mille & ducenta Athenienses insumpserunt.

Καὶ πυδναίων.

Addit Diodorus de his: ἡ γὰρ πόλις ἄυτη (scilicet Amphipolis) πολλὰ συνεβάλλετο τῷ Φιλίππῳ, εὐθὺ γὰρ πύδναν ἐχειρήσατο, statim enim subegit, & seruilem fecit Pydnam. Capta est igitur post Amphipolim Pydna, quod verisimile est, Pydnæos metu fecisse, cum maiorem illam

viderent

viderent iam captam. Propterea non dicit παραδόντας ἀλλὰ ὑποδεξαμένους τῶν Πυδναίων, *factum id eſt, Olympiadis centeſimæ quintæ, anno ſecundo, qui erat ante hoc Olynthiorum bellum circiter decimus. Cæterum Amphipolis hodie Chryſopoli, & Pydna Chita appellatur, ſuntq́ ſub ditione Turcica. Memini me ante aliquot annos à D. Dauide Chytræo Theologo Roſtochienſi, in publica prælectione hiſtoriarum ſummi viri, D. Philippi Melanthonis audire, oculum hiſtoriarum eſſe* κοσμογραφίαν ἢ χωρογραφίαν, *vtile igitur hic fuerit, ſi ſtudioſi chartas græciæ, ad harum ciuitatum ſitum facilius intelligendum adhibeant.*

ὑποδεξαμένους.

Aoriſt. 1. medius participialis, ὑποδέχομαι, *De hoc vocabulo ſatis digladiatum eſt inter noſtri ſeculi Theologos. Apud Nazianzenum,* ἐν λόγῳ β. περὶ τοῦ υἱοῦ, *capitur paſſiuè.* δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρι τοῦδε, καὶ ὑπ' οὐρανοῦ δεχθῆναι, ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν καθέδραν ἔχειν, ἕως τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπικρατήσεως,

quem

quem locum interpres sic reddidit: Oportet *eum regnare huc vsque, & à cœlo recipi, vsque ad tempora restitutionis, ac sedere à dextris vsque ad subiectionem hostium.*

Καὶ ὅλως.

Γνώμη *ex loco adiunctorum, Tyrannus est, Ergo liberæ ciuitati non fauet,* ἐνθύμημα εἰκὸς, οὐκ ἀναγκαῖον, ὅλως *particula conclusionis enumerationum, vt latinè vis, iniuria & omne quod obfuturum est,* ϗ ὅλως, πάντα τὰ βλαβησόμενα.

Ἡ τυραννὶς ἄπιστον.

Scilicet χρῆμα, *vsitatum est græcis, substantiuo masculini aut fœminini generis, iungere adiectiuum neutri, sicut apud latinos varium & mutabile semper fœmina. Triste lupus stabulis.* ἄπιστον, *id est,* οἱ τύραννοι ἄπιστοί εἰσιν ταῖς πολιτείαις, *Philip. 2.* βασιλεὺς γὰρ ϗ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ ϗ νόμοις ἐναντίος. κἂν ἀντὶ τοῦ ϗ ἐὰν, *cum coniunctiuo.* ὅμορον *finitimum, ab* ὁμοῦ ϗ ὅρος.

Ταῦτ᾽ οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ϗ τ᾽	*Hæc igitur statuentes vos, viri Athenienses, & alia*

ἀλλ' ἃ προσήκει πάντα ἐνθυμουμένους, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι, καὶ παροξυνθῆναι, καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν, χρήματα εἰσφέροντας προθύμως, καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας, καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. οὐ γὰρ λόγος, οὐδὲ σκῆψις, ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν, ὑπολείπεται. νυνὶ γὰρ ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖν Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον. καὶ ταῦτα ὡς ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν, πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, σφαλεροὶ σύμμαχοι; καὶ

quæ conuenit omnia cogitantes, velle animo oportere & exuscitari, & si vnquam nunc certe ad bellum incumbere, pecunias alacriter conferentes, & ipsos exeuntes & nihil prætermittentes. Neq; enim ratio, neq; excusatio vobis amplius, quo minus quæ opus sint facere velitis. Nunc enim quod omnes dictitabatis abalienandos esse à Philippo Olynthios, id vltro euenerit, atq; ita, vt maximè vobis expediebat. Si enim à vobis persuasi, bellum suscepissent, infirmi so-

μέχρι

μέχρι τοῦ τοῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως: ἐπειδὴ δ' ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι, βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἐχθρὰν αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν ἔχειν.

cij, & ad tempus fortaſſe ſic animati eſſent: ſed quoniam ob illata ſibi crimina, eum oderũt, firmas veriſimile eſt, de ijs quæ timent ac perpeſſi ſunt, cũ eo gerere inimicitias.

Ταῦτα οὖν.

Συμπέρασμα, *Quoniam Philippi commoditates illæ nobis non officiunt & Olynthij ſunt in officio manſuri. Ergo bellum hoc ſuſcipiendum eſt.*

Ταῦτα οὖν ἐγνωκότας.

Huiuſmodi concluſiones Cicero ſic exprimit, quæ cum ita ſint.

Ἐγνωκότας.

Præteritum participiale Thema γιγνώσκω. μ. γνώσομαι. π. ἔγνωκα. Participia ſæpe vim cauſarum efficientium habent, ſæpe etiam δύναμιν ὑποθετικὴν.

Ἐνθυμουμένους.

Participium præſens ſicut alterum, præteritum κατὰ ἔμφασιν. *Nam primum*

 didiciſſe

didicisse oportet, & tamen postea non est dimittenda cogitatio & deliberatio. Vult orator ciues suos semper in cogitatione & diligentia versari. ἐγνωκέναι *est in illis quæ didicimus,* ἐνθυμεῖσθαι *in illis quæ intelligere debemus,* ἐγνωκότας καὶ ἐνθυμουμένους σχῆμα τὸ ἴσον, *sicut Hermogenes* μετὰ δεινότητος *vocat.*

Φημὶ δεῖν.

Dixit antea ψηφίσασθαι βοήθειαν, *quod iam magis explicat, & sua lingua quasi in cor auditoris penetrat.*

Ἐθελῆσαι.

Aorist. 1. Infinitiui & est voluntatis, παροξυνθῆναι *est cordis.*

Παροξυνθῆναι.

Aorist. 1. Infinitiui passiui, παροξύνομαι, *sum animo exacerbato, incitor, à* צנן *acutus fuit,* ὀξὺς, ὀξύνω καὶ παροξύνω, *vnde* παροξυσμὸς *febrilis.*

προσέχειν τῷ πολέμῳ.

Subaudite, τὸν νοῦν, *Nam sæpè aliàs cum hoc verbo exprimitur, latinè Adhibete animos & mentes vestras, ad aruspicum vocem.*

χρήματα

Χρήματα εἰσφέροντας.

Iam oſtendit τὸν τρόπον. *Sunt enim* εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἐλλείποντας, *participia modi, quæ calidè orator congerit, vt ſi res malè eueniat, excuſare ſe poßit, & in illos, qui non iſta omnia fecerint, culpam conferre.*

Προθύμως.

Id eſt vltrò, non pati donec à vobis exigatur.

Αὐτοὺς ἐξιόντας.

Id eſt, ὑμᾶς αὐτοὺς *intelligite* ἐνθένδε, *debetis exire, & veſtra corpora opponere hoſtibus, non militum peregrinorum,* ἐξιέναι *verbum militiæ eſt, cùm paratis omnibus delectuq́; habito, copiæ diſcedunt, qua ſignificatione Ciceroni vſurpatur deceßio, idem quod* ἔξοδον ποιεῖν.

Οὐ δὲ γὰρ λόγος.

Quod iam ponitur, eſt etiam προτρεπτικὸν, *& eſt ratio* προτρεπτικὴ, *habens cohortationem.*

Σκῆψις.

Λέγεται ψευδὴς πρόφασις, καὶ σκήπτεσθαι τὸ προφασίζεσθαι. λόγος *eſt orationis,*

σκῆψις cogitationis, dubitatio & hæsitatio propriè, unde σκηπτικοὶ qui de rebus dubitabant. τὰ δέοντα vocabulum est necessitatis & officij.

ὑπολείπεται.

Compositæ figuræ, simplex λείπομαι à עָלַף pullatus fuit, unde etiam λειποθυμέω animo deficio.

Νυνὶ δή.

Πρόληψις τοῦ ἀρχῆς, pertinens ad priorem propositionis partem. Quid ad nos Olynthij. Refutat breuißime ex loco coniunctorum à dicto Atheniensium, Cur ergo sæpè optastis inimicitias inter Olynthios & Philippum, Nullum ergo αἴτιον κωλυτικὸν, οὐδεμία πρόφασις. Hoc pertinet ad locum causarum, πρὸς τὸ τέλος καὶ τὸ χρήσιμον.

Ἐθρυλλεῖτε.

Secunda persona pluralis præteriti imperfecti, θρυλλεῖν est non occultè nec secretè, sed cum tumultu quodam & murmure vel publice loqui. Terent: Venit ad me clamitans παρῆλθέ μοι, θρυλλῶν.

Ἐκπολεμῶσαι.

Aorist.

Aorist. I. Infinitiui Thema πολεμόω בָּלַם ἐκπολεμῶσαι, id est, εἰς ἔχθραν προάγειν, πολεμίους ποιῆσαι inimicos facere, πεπολεμωμένος bello vexatus & afflictus videte Budæum.

Αὐτόματον.

Res fortuita, quæ nihil nobis tale molientibus accidit, siue bona siue mala, αὐτόματος idem quod αὐτοκίνητος, vt αὐτοκίνητος ψυχὴ, animus ipse sibi autor motionis, secundum Platonem. Et corpora αὐτόματα vt horariæ machinæ, quæ rotulis quibusdam mira arte coniunctis ita librantur ponderibus, vt sese moueant, & diem naturalem 24. æqualibus horis distinguant. Notum est illud Menandri, Quanquam αὐτόματα κακὰ infinita sunt, tamen longè plura esse ἑκούσια, id est, quorum causa aut est error in iudicando, aut voluntas recto iudicio contumax.

εἰ μὲν γὰρ.

Ratio quæ est à libera conditione. Maior. si nostro suasu Olynthij ad hoc bellũ venissent, minus firmi socij esse possent.

Πεισθέντες.

Aorist. 1. *Participij* ἀ πείθομαι *quod à* בָּטַח *fisus est. Hîc est participium causæ efficientis.*

Ἀνείλοντο.

Indef. 2. ἀναιρεῖσθαι πόλεμον, *bellum suscipere,* ἀναιρεῖσθαι νίκην, *victoriam consequi, Plutarch.* ἀναιροῦμαι παῖδας ἐκ γυναικός τινος. ἀναιρεῖσθαι σώματα, *cæsos asportare.*

Σφαλερόν.

Ἀβέβαιον σφάλλεσθαι τὸ καταπίπτειν, σφαλλός ἐστι ξύλον, ποδῶν δεσμωτήριον. *compes in qua, pedes constringuntur, à* שֹׁבֶל *tibia à coxa vsq; ad plantam, inde* σφάλλω *erro, pedem percutio.*

Ἐπειδὴ δ᾽.

Minor. At non nostro suasu, sed ex alijs causis, nempe obtrectationibus susceperunt. Hic animaduertant studiosi argumentandi Dialecticè & Rhetoricè rationis differentiam. Non enim hanc minorem eis verbis extulit, sed rationem huius, si negata fuisset, subiunxit à contrario, Olynthij moti sunt ad hoc bellum ex quibusdam Philippi obtrectationibus.

Non

Non igitur moti ſunt à nobis. ἐκ τὸ ἀληθὲς αἴτιον *ſignificat, id eſt,* ἕνεκα.

Ἐγκλημάτων.

Quæ fuerint hæ obtrectationes non facile eſt dicere, niſi forte illud ſit, quod in tertia Philippica dicitur, Philippum dicere ſolitum, ſe Macedonia, vel Olynthios ciuitate ſua cedere oportere, à לַהֲקָה *collectio, inde* καλέω, *vnde* ἐγκαλεῖν *accuſare, crimen intendere,* ἔγκλημα *crimen, poſtulatum, & libellum actoris ſignificat. Hoc vocabulum etiam eſt apud eos, qui de arte dicendi præcepta ſcripſerunt,*

Μισοῦσι.

Tertia perſona pluralis indicatiui à מָאַס *reprobauit ex odio,* μισέω μῖσος & μισητὸς *odioſus.*

Βεβαίαν.

Ab עָבַב *denſuit, condenſatus eſt, fit* βεβαιόω *ſtabilio, confirmo. confirmatio.*

Εἰκὸς *vnde* εἰκότα.

Aliquando eſt probabile vel veriſimile, aut vt Quintilianus loquitur, credibile, ſed hic conſentaneum eſt, id eſt, ἁρμόζον ἢ πρέπον *hic deeſt* ἐστὶ.

Ἔχθραν אָיַב *inimicatus eſt, Græci mutant* ב *in* θ *&* *dicunt* ἔχθω, ἐχθραίνω, ἐχθρὸς, ἔχθρα.

Πεπόνθασιν.

Præteritum medium à πάσχω. ἔχειν ἔχω *ſæpe vſurpatur pro* δύναμαι.

Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν, ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε. εἰ γὰρ ὅθ' ἥκομεν εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες, καὶ παρῆσαν ἀμφιπολιτῶν ἱέραξ, καὶ στρατοκλῆς, ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα; κελεύοντες ὑμᾶς ἐκπλεῖν, καὶ παραλαμβάνειν τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν

Non igitur oportet, viri Athenienſes, talem occaſionẽ fortè oblatam amittere, neq; pati idem, quod ſæpe iam antea paſſi eſtis. Si enim cũ veniebamus, Euboênſibus opitulatum, & aderant Amphipolitanorũ legati, Hierax & Stratocles, ex hoc ſuggeſto iubentes vos nauigãdo expeditionem ſuſcipere, & in deditionẽ recipere vrbẽ, eodẽ ſtudio nos etiã noſtris ipſorũ ratio-

προ-

προθυμίαν, ἥν περ
ὑπὲρ τῆς τῶν εὐ-
βοέων σωτηρίας, εἴ-
χετ' ἂν ἀμφίπολιν
τότε, καὶ πάντων τῶν
μετὰ ταῦτα ἀπηλ-
λαγμένοι πραγ-
μάτων, καὶ πάλιν,
ἡνίκα πύδνα, ποτί-
δαια, μεθώνη, πα-
γασαὶ, τἄλλα, ἵνα
μὴ καθ' ἕκαστα λέ-
γων διατρίβω, πο-
λιορκούμενα ἀπηγ-
γέλλετο, εἰ τότε τούτων
ἑνὶ τῷ πρώτῳ προ-
θύμως, καὶ ὡς προσῆ-
κεν, ἐβοηθήσαμεν
αὐτοὶ, ῥάονι, καὶ πο-
λὺ ταπεινοτέρῳ,
νῦν ἂν ἐχρώμεθα
τῷ φιλίππῳ. νῦν δὲ
τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ
προϊέμενοι, τὰ δὲ
μέλλοντα αὐτόματα

*nibus, cõsuluissemus,
quo Euboënsium sa-
lutẽ defenderamus.
Amphipoli tunc po-
titi essetis & omni-
bus, quæ postea secu-
tæ sunt, liberati esse-
tis molestijs. Itemq;
cum Pydna, Potidæa,
Methone, Pagasæ
& alia oppida, vt ne
singulis enumerãdis
sim prolixior, obsi-
deri nunciabatur, si
tunc vni horum pri-
mo, alacriter, & vt
cõueniebat, opem tu-
lissemus ipsi, facilio-
re & multo humili-
ore, nunc vteremur
Philippo. Nunc au-
tem quia & præsen-
tem occasionem sem-
per negligimus, &
futura sua sponte*

οἰομε-

οἰόμενοι χωρήσειν καλῶς, καὶ ηὐξήσαμεν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, Φίλιππον ἡμεῖς, καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδείς πω βασιλεὺς γέγονε μακεδονίας.

prosperè euentura esse arbitramur, & auximus viri Athenienses Philippum nos, & effecimus tantum, quãtus nullus vnquam extitit Rex Macedoniæ.

Οὐ δεῖ.

Συμπερασμάτιον ἄλλο. *Ergo non prætermittenda occasio, nec constantium hominum periculum negligendum, neq; discessio facienda. Atq; hanc conclusionem posuit orator, quia omnino hanc opinionem voluit animis Atheniensium inserere: Olynthios non fore proditores. Inhærebant enim quædam in his illius rei vestigia, cum antea confœderati Philippo fuissent, ne hoc fingerent gratia Philippi aliquid tale. Præterea dederat illis Philippus duas ciuitates ex ditione Atheniensium, Pidnam & Potydæam, eiectis Atheniensium præsidijs, auro aut nescio quibus fallacijs. Hac igitur opinione sublata ad cætera pergit.*

Παραπεπτωκότα.

Præteritum participiale à πίπτω, cado μ. πεσοῦμαι Doricum, ἀντὶ πέσομαι π. πέπτωκα à πτόω. παραπίπτειν est id, quod vltro euenit, cum occasio diuinitus offertur, ab אָבַר *peryt vadendo, per aphæresin fit πτόω καὶ πίπτω cado.*

Ἀφεῖναι.

Infinitiuus ex ἀφίημι quod est ex ἀπὸ & ἵημι τὸ πέμπω, ἀπολύω. κατὰ μετάθεσιν καὶ συναίρεσιν ἀφεῖναι.

Εἰ γὰρ.

Ἐργασία seu expolitio, qua conglobat multa exempla, ita principium & finis sunt paria.

βεβοηθηκότες.

Præteritum participiale temporis & ordinis, prius enim opem tulerint quam domum redierint, βοηθέω. Cæterum ἥκομεν βεβοηθηκότες phrasis græca est, vt prius ἐσκεμμένος ἥκει, pro supino secundo, latinè cum rediremus defensu, sed latini ferè hæc per verbalia cum præpositione, vt redire à legatione. Redijt à cœna Æschinus, δεδειπνηκὼς ἧξεν Αἰσχίνης.

πολλάς

Πολλάκις πρότερον.

Decennio enim toto, quo iam regnauerat Philippus, omnes has ciuitates ceperat, quas paulò pòst enumerat Demosthenes.

Εὐβοεῦσι.

Id est in Eubœa (quæ nunc nigro pontus dicitur, & sub turca est) orta seditione tunc temporis inter incolas, Athenienses in auxilium vocati sunt alterius partis. Quo tempore nullum insigne prælium commissum est, vel παράταξις, *sicut Diodorus siculus vocat, sed tantum concertationes & excursiones sunt factæ, id est,* συμπλοκαὶ, *vnde vastata tandem & spoliata penè insula, pacem fecerunt. Et Bœotij quidem domum redierunt, Athenienses vero ad Chios, Rhodios & Byzantios rebelles, conuersi sunt, Capta est igitur Amphipolis post Atheniensium reditum ab Eubœa, anno ante Christum ferè 340.*

Παρῆσαν.

Præteritum imperfectum à πάρειμι *adsum.*

ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα.

Cùm in hoc suggesto, in quo ego Demosthenes

moſthenes nunc ſto, Hierax & Stratocles Amphipolitani conſiſterent ac concionarentur. Pertinēt hæc omnia περὶ ἀλήθειαν, *ſed obſeruandæ ſunt hic* περιστάσεις. *Quis aderat? Hierax & Stratocles, Amphipolitani. Quando? quum ex Eubœa rediſſemus. Vbi? in hoc ſuggeſto. Quamobrem? vt vos reciperetis. Quid? Amphipolin. Quomodo? negleximus, eſt* τὸ παραλειφθὲν, *quid conſecutum? multum poſtea perpeſſi ſumus & Philippus creuit,* τὸ ἐκβὰν. τουτὶ ἀντὶ τοῦτο *Atticum.* βῆμα *ſignificat ſuggeſtum, vt Demades interrogatus, quem habuiſſet magiſtrum in arte dicendi? reſpondit* τὸ βῆμα. *Interdum etiam ſignificat menſuram pedis, à* בום *excelſus fuit, fit* βῆμα & βωμὸς *altare, templum.*

Κελεύειν.

Infinitiuus à כול *vox propriè patroni nautarum eſt, qui ſtans ad malum, renauigantes alios, hortari magna voce ſolet vt cuiuis facilè eſt in portubus magnis audire.*

ἐκπλεῖν.

ἐκπλεῖν *maritimo apparatu ad præ-*

lium

lium exire, quod continenter dicitur, ἐξιέναι, ἐκπλεῖν μ. πλεύσω ἀ חֹבֵל *guber-nator nauis descendit.*

Παραλαμβάνειν τὴν πόλιν.

Non vi hostili, quod historiagraphis dicitur αἱρεῖσθαι, παραλαμβάνειν *vero quasi in tutelam & fidem suscipere.*

Τὴν αὐτὴν, ἥνπερ *valet tantū, quantum.*

Παρειχόμεθα.

Prima persona pluralis præteriti imperfecti, παρέχομαι προθυμίαν *præsto alacritatem,* παρέχομαί τινι μεγάλας χρείας, *magna alicui adiumenta confero,* παρέχω τινὶ πράγματα, *molestiam exhibeo alicui.*

Εἴχετ᾽ ἄν.

ἂν, ἐν τῇ ἀποδόσει τῶν πλάσεων, *cum præterito indicatiui, vel indefinito non aliorum modorum iungitur.*

Τῶν μετὰ ταῦτα.

Deest γενομένων. *Articulus cum præpositione semper indicat esse aliquid subintelligendum.*

Ἀπηλλαγμένοι.

Præteritum participiale Them. ἀπαλλάττομαι. παράγ. *paß.* ἀπήλλαγμαι.

Ἐπάλιν

Καὶ πάλιν.

Συναθροισμὸς exemplorum.

Πύδνα. Oppidum Macedoniæ in thermaico sinu, Plinius lib 4. cap 10. quæ eodem anno, quo Amphipolis, capta est.

Ποτίδαια.

Etiam oppidum in Macedonia.

Μεθώνη.

In regione Magnesia, Methone oppidum situm est, quod cum obsideret Philippus, oculum ictu sagittæ amisit, quam iecerat Aster oppidanus, inscriptam his verbis: Telum Philippo hoc Asteris mortẽ dabit. Contra Philippus telum, in quo scriptum erat: Tollet Philippus, Asterem captum in crucem, sed hoc conijciens aberrauit.

Παγασαὶ.

In Thessalia oppidum Pagasa.

Ἵνα μὴ καθέκαστα.

Præteritio & periphrastica μετάθεσις, pro ἵνα μὴ ἕκαστα καταλέγω.

Πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο.

Pro πολιορκεῖσθαι ἀπηγγέλλετο. Græci vtuntur participijs pro infinitiuo. ἀπηγγέλλετο præteritum imperfectum.

Ἐνὶ τῷ πρέπω.

Πρόληψις, ne dicat se non posse omnibus simul occurrere.

Ἐβοηθήσαμεν.

Aorist. 1. Indicat: auxilia fortè tulerunt, sed mercenario, non vrbano milite, ideo dicit αὐτοί.

ξένοις καὶ πολὺ ταπεινοτέρω.

Ἐχρώμεθα. *Metaphora à bestijs ait Vlpianus, quibus propriè* χρῆσθαι *dicimur. Hinc Cicero pro Sexto Roscio Noluerunt feris corpus obijcere: ne bestijs quoque quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur,* χρῶμαί τινι *familiariter aliquo vtor.*

Νῦν ἦ τὸ μὲν.

ὑπογραφὴ ἢ χαρακτηρισμὸς *ignauorum ac socordium hominum.*

Αὐτόματα.

Pro αὐτομάτως ἀντιμέρεια.

Οἰόμενοι.

Participium τοῦ τρίτου, οἶμαι οἴομαι.

Σχήσειν.

Futurum infinitiui ἔχω, *verbum Anomalum.* παρατ. εἶχον, μελ. α. ἕξω καὶ

σχήσω

χήσω, ἀπὸ χέω, ἀορ. β. ἔχον, π. ἔχηκα. π. pass: ἔχημαι ἀορ. ἐχέθην.

Ηὐξήσαμεν.

Aorist. 1. Indicatiui ἄυξω vel ἀυξάνω, augeo, verbum anomalum, coniugatur per ἀυξέω ἄχρηστον, à יָסַף addidit, per conuersionem radicis, fit ἀυξέω, ἄυξω, ἀυξάνω.

Καθεστήσαμεν.

Aorist. 1. καθίστημι simplex ἵστημι, vel à שְׁתִי Stamen quod constet in tela, omne velamentum quòd firmè stet dum texitur, vel potius à שׁוּת constituit.

Βασιλεὺς.

A מָשַׁל imperauit, vnde græci Euphoniæ gratia, mutant מ in β literam eiusdem instrumenti, & dicunt βασιλεὺς, etiam græci deriunt à βάσις fundamentum & λαὸς. βασιλέα autem propriè dici, inquit Ammonius, qui à maioribus traditum gerit principatum, κοίρανον vero, qui πρὸς καιρόν, id est, occasione regium obit munus, quod ante dissidium, Achilles fecit. Nam ἡγεμὼν intelligitur, qui in militia ordines ducit.

Ἡλίκος ὐδεὶς πω γέγονε τῆς μακεδονίας.

Quia regnum Macedonicum, maxime Philippum, ante omnes reges auxisse scribit orator, eius auos & proauos ad Alexandrum vsq., ex Chronicis D. Philippi Melanthonis ascribam, Ortum habere reges Macedoniæ ab Hercule, veteres historiæ dicunt hoc ordine.

1. Hercules.
2. Hyllus.
3. Cleodeus.
4. Aristomachus.
5. Temenus.
6. Perdicca primus rex dictus.
7. Argeus.
8. Philippus.
9. Aeropus.
10. Alcetas.
11. Amyntas.
12. Alexander.
13. Perdiccas & Alcetas fratres.
14. Archelaus, nothus Perdiccæ.
15. Orestes, Archelaus & Pausanias.
16. Amyntas.
17. Philippus hic noster qui tertiã Monarchiam tenuit.
18. Alexander Macedo Monarcha, Anno mundi 3650. ante Christum 326.

Νῦν

Νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει, τίς; οὗτος, ὁ τῶν ὀλυνθίων, αὐτόματος τῇ πόλει ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν πρότερον ἐκείνων. καὶ ἔμοιγε δοκεῖ τις ἂν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, δίκαιος λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ὑμῖν ὑπηργμένων καταστὰς καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ πολλῶν, ὅμως μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν εἰκότως. τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον· τῆς ὑμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως· τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι· πεφηνέναι τέ τινα ὑμῖν συμμαχίαν τούτων

Nunc autem occasio hæc ab Olynthijs vltro offertur ciuitati, quæ nulla est superiorum illarum inferior. Ac mihi quidem videtur aliquis viri Athenienses iustus æstimator beneficiorum à dijs acceptorũ, quamuis multa, eo statu non sint quo oporteat, magnã tamen eis gratiam sit habiturus. Quod enim multa bello amisimus negligentiæ nostræ iure aliquis assignauerit. Quod autem nec olim hoc nobis contigit, & iam ostensa est nobis societas quædam, per quam si velimus uti, hæc dam-

αὐτίῤῥοπον, ἂν βου-
λόμεθα χρῆσθαι, τῆς
παρ᾽ ἐκείνων εὐνοί-
ας εὐεργέτημ᾽ ἂν ἔ-
γωγε θείην. ἀλλ᾽
οἶμαι, παρόμοιόν ἐ-
στιν, ὅπερ καὶ περὶ τῆς
τῶν χρημάτων κτή-
σεως. ἂν μὲν γὰρ ὅσα
ἄν τις λάβῃ, καὶ σώ-
σῃ: μεγάλην ἔχει τῇ
τύχῃ τὴν χάριν: ἂν
δ᾽ ἀναλώσας λάθῃ
συνάλωσε καὶ τὸ μεμ-
νῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν
χάριν. καὶ περὶ τῶν πρα-
γμάτων οὕτως: οἱ
μὴ χρησάμενοι τοῖς
καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ᾽
εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν
θεῶν χρηστὸν μνημο-
νεύουσι. πρὸς γὰρ τὸ
τελευταῖον ἐκβὰν
ἕκαστον τῶν προϋπαρ-
ξάντων, ὡς τὰ πολ-

*na resarciantur, id
ego illorum, erga
nos beneuolentiæ ac-
ceptum referre non
dubitem, sed (ut pu-
to) idem fermè hic ac-
cidit, quod & in ac-
quirendis pecunijs.
Si enim quæ accepe-
rit aliquis, etiam ser-
uauerit, magnā for-
tunæ gratiam habet,
sin imprudens con-
sumpserit, perijt una
etiam accepti à for-
tuna beneficij memo-
ria. Eodem modo in
rebus gerendis, qui
nō rectè usi sunt oc-
casionibus, ij nec si
quid boni diuinitus
cōtigit meminerūt.
Ex euentu enim u-
numquodque eorum,
quæ antecesserunt,*

λὰ πρί=

λὰ κρίνεται. διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, φροντίσαι, ἵνα ταῦτα ἐπανορθωσάμενοι, τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτρίψώμεθα.

plerunq; iudicatur. Quocirca quæ restant, magnæ nobis curæ esse oportet viri Athenienses, vt his correctis, susceptam rebus superioribus maculam deleamus.

Hactenus fuit παρέκβασις, id est, digreßio, siue, vt Lucianus vocat παρατροπὴ, id est, circumductio, εἰς τὰ παρεληλυθότα ἁμαρτήματα, καὶ τοὺς ἠμελημένους καιρούς. Iam sequitur ἐπάνοδος, πρὸς τὴν αὔξησιν præsentis occasionis, & est παραμυθία ciuium suorum nimirum damna illa adhuc posse sarciri, si modo sibi ipsis non velint deesse. Amplificatio sumitur ex circumstantiis, πρώτη περίστασις τὸ τί, habens personam finitam. Quæ est illa occasio? Olynthiorum qui maximè Philippum & oderunt & metuunt, locus Rhetoricus facilitas. Altera τὸ πῶς, pertinens ad causam efficientem, Quomodo venit: Sua sponte, ἀπὸ τύχης vltro enim Olynthij ab illo deficientes,

cientes, noſtrum auxilium implorant. Tertia ἡ ποσότης κατὰ σύγκρισιν, Quanti momenti eſt? non minoris facienda, quàm ſuperiores occaſiones, fideles enim erunt Olynthij, & ijdem opibus valent, Nam non modo nobiſcum, ſed cum Lacedæmonijs etiam aliquando bella geſſerunt. Legite Xenophontem, lib. 5. De rebus geſtis græcorum. αὐτόματος ἥκων, ſponte veniens, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γίνεται, per ſe naſcitur.

Αὐτόματος.

ἐπανάληψις ſententiæ, quæ fuit in exordio, ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, &c.

Ὅς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων.

Obſeruandus hîc locus Rhetoricus, facilitas nimirum, ſi enim dij in hac occaſione faueant, facilius multo bellum erit. Argumentatur ab autoritate hoc pacto. Dij nobis hanc occaſionem dederunt, vt præterita emendemus, Ergo non prætermittenda eſt.

Ἐλάττων.

Comparatiuus irregularis, μικρὸς ὁπηρος, vel ἐλάττων, quod ponit orator tanquam αὐτίπτωτον.

Καὶ ἔμοιγε.

Ἐπίκρισις, Iudicium oratoris complectens quartam circumstantiam, quæ est causæ conficientis, & ex ijs quæ præcesserunt κατὰ συλλογισμὸν, ratione Rhetorica στοχαστικῶς concluditur. ἔμοιγε dicit, οὐ τοῖς ἄλλοις ἢ πᾶσι, ne temerè de dijs asseuerare videatur, ἀλλὰ πιθανῶς. ἔμοιγε accentus retrahitur in priorem syllabam propter dictionem Encliticam ab אֲנִי ego κατὰ συγκοπὴν deductum videtur pronomen ἐγὼ.

Λογιστής.

Λογιστὴν vocat, id est, æstimatorem, non διαιτητὴν, id est, arbitrum, aut δικαστὴν iudicem. Nam dij non sunt iudicio hominum subiecti, sed homines debent rectè de dijs sentire, Iliad. 1. ὅσκε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

ὑπηργμένων.

ὑπάρχοντα dicuntur facultates & bona, sed quæ diuinæ sunt prouidentiæ dicuntur ὑπηργμένα in voce passiua, Ideo non dicit τῶν συμβεβηκότων. Nam συμβεβηκότα sunt ferè casus & temeritatis, τὰ ὑπηργμένα vero significãt certã ὕπαρξιν.

Καθεστὼς.

Participium ὑποθετικὸν, ἀντὶ τοῦ εἴτις καθεστώη, *constitutus, si quis existat æquus æstimator.* καίπερ οὐκ ἐχόντων, πρόληψις *seu obiectionis huius anticipatio,* πρὸς τὸ ἀντιπίπτον. *At etiamsi prioribus temporibus occasio bona fuerit, nos tamen non minus incommoda passi sumus, nec dÿ nos protexerunt. Solutio duabus fit rationibus. Prima per translationem causæ. At eius calamitatis dÿ non fuerunt causa, sed nostra negligentia. Dÿ enim facientes adiuuant non negligentes, & omni habenti dabitur, inquit Christus. Altera ex similitudine sumta & à priuatis negocÿs ad publica, translata.*

οὐκ ἐχόντων πολλῶν.

Id est, οὐκ ὄντων *genitiui consequentiæ.*

Ὅμως.

Ἐναντιωτικὸν μόριον, *respondet* καίπερ, *quanquam, tamen.*

Μεγάλην ἂν ἔχειν.

Videte hic pietatem Ethnici. Pÿ enim ingenÿ est, etiam in aduersis rebus Deo gratias agere, à ברך *magnus fuit deducitur*

citur

citur, μεγαλιώω, μέγας, μεγάλη.

Χάριν.

A יָקַר charus fuit, græcis est χάρις, χαρίζομαι.

ἂν ἔχειν.

Hic τὸ προσῆκον significat, id est, ὀφείλειν ἔχειν. Τὸ μὲν.

Prima ratio κατὰ μετάστασιν causæ, quæ est tanquam distinctio causarum & effectorum. Remouet culpam à Deo, in quem igitur? In se & Athenienses, non in Philippum. Πολλά.

Scilicet illa incommoda, quæ ante commemorauit.

ἀπολωλεκέναι.

Præteritum infinitiui, ὀλέω ῶ & ἀπολέω, perdo, amitto, ὀλέσω. π. ὤλεκα vel att: ὀλώλεκα. Hoc loco accipi videtur paßiue ἀντὶ τοῦ ἀπολωλέναι: Sic ἡλωκὼς ab ἁλίσκω captus. Contra præterita paßiua aliquando actiue vsurpata inueniuntur.

Ἡμετέρας.

Ἐπιείκεια qua se quoque accusat.

Ἀμελείας.

Ἔλλειψις τοῦ εἶναι.

Δικαίως.

A צָדַק iuſtus fuit per aphæreſin fit δικαιόω δίκαιος & δικαίως.

Τὸ δὲ μήτε.

Alterius partis approbatio, quæ eſt ἐπισύναψις huius periodi ad ſuperiorem. Iſta autem ἐπισύναψις fit particulis, τὸ μὲν, τὸ δέ.

Πεπονθέναι.

Perfectum medium infiniti à πάσχω.

Πεφηνέναι.

Perfectum medium infinitiui φαίνομαι oſtendor παρακ. μεσ. πέφηνα oſtenſus ſum à פָּנָה reſpexit eſt φαίνομαι.

Ἀντίῤῥοπον.

Translatio à bilancibus quibus ῥοπῇ altera ῥοπὴ, ut utrimque momenta ſint paria opponitur. ἀντίῤῥοπον fit ex ἀντὶ & ῥοπὴ latine poteſt reddi magni momenti ac ponderis, id eſt, μεγάλην ἔχει ῥοπήν.

ἂν βουλώμεθα.

Quid iuuant occaſiones ſi nolis uti, Deus eſt τὸ ἁπλῶς ποιητικὸν αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, ſed noſtra diligentia ὡς συναίτιον debet accedere.

ἂν ἔγωγε θείω.

Apparet hoc loco verbum τιθέναι, cum acceptum referre significat, cum genitiuo solo positum de re mala dici, ut prius τῆς ἀμελείας ἄν τις θείη. Sed si in re bona usurpari debeat, addendum esse nomen eius rei in accusatiuo, ut τίθημί τι τῆς παρὰ τῶν θεῶν εὐεργέτημα.

ἀλλ' οἶμαι.

Τόπος κοινὸς, *Admonens non esse ab euentu res æstimandas, quia Dei dona nihilominus dona sunt, etiamsi homines non sequantur occasionem. Hortatur igitur ad vigilantiam diuinæq; benignitatis agnitionem.*

ἀλλ' οἶμαι παρόμοιον] πρότασις.

καὶ περὶ τῶν] ἀνταπόδοσις.

ὅμοιος] *similis,* παρόμοιος *fermè similis,* καὶ *hic vsurpatur pro* ταῦτα, *vt aliâs pro* οὕτω, *in redditionibus similitudinum.*

κτήσεως.

Verbale à κτάομαι. π. κέκτημαι, κτῆσθαι. *possidere, acquirere.*

ἄν.

Pro ἐὰν *dicimus, per Aphæresin* ἄν.

ἀνα-

Ἀναλώσας.

Aorist.1.Participialis ἀναλίσκω *verbum anomalon, coniugatur per* ἀναλόω ἄχρηστον μ. ἀναλώσω. π. ἀνάλωκα, ἀνήλωκα *&* ἠνήλωκα. ἀορ. α. ἀνήλωσα, *& sine augmento,* ἀπ. ἀνάλωσα, *consumpsi. Obseruate quędam esse verba, qualia* αἰσθάνομαι, διατελῶ. εἴδω, λανθάνω, τυγχάνω, παύομαι, *quæ hac elegantia sunt insignita, vt con-struantur loco nominatiui,* λανθάνω ἀναλώσας *paulatim & imprudens consumo,* ἀναλίσκω λανθάνων *licet quoq; dicere, sed hoc videtur esse discrimē, videlicet, quod* λανθάνω ἀναλίσκων, *significat consumere per imprudentiam, ita vt ipse non sentiam meum vitium. Sed* λανθάνων ἀναλίσκω, *est consumere ignorantibus alijs, itaq; illud imprudentiæ & stultitiæ est, hoc fraudis & insidiarum, à* לָאַט *latuit fit* λάθω & λανθάνω.

Τὸ μεμνῆσθαι.

Infinitiuus cum articulo ponitur loco nominis, id est, τὴν μνήμην *à* נִחַם *consolatus est per conuersionem radicis fit* μνάομαι & μνήμη.

τὴν

τὴν χάριν.

Figura ἀντιστροφὴ, *quia in fine duorum membrorū idem verbum* χάριν *ponitur.*

Καὶ περὶ τῶν.

Ἡ ἀπόδοσις τοῦ προτεθέντος.

Πραγμάτων.

Hinc notabis χρῆμα & πρᾶγμα *esse diuersa, ut fere res & negotium latine.*

πρὸς γὰρ τὸ.

Similitudinem iam concludit, τόπῳ κοινῷ ἢ νοήματι, *quod ad actiones humanas pertinet. Est itaque* καθολικὴ γνώμη, & οἷον ἐπιφώνημα. *Cicero in epistola ad Atticum hanc sententiam sic transtulit, Consilia ex euentu, non ex voluntate probari solent. Est autem euentus, ut idem ait de inuentione, alicuius exitus negocij.*

ἐκβὰν.

ἐκβαίνει *euenit*, μ. ἐκβήσεται *eueniet, unde* ἐκβησόμενον *euentus.* ἀορ. β. ἐξέβη, *unde participium* ἐκβὰν *euentus.*

προϋπαρξάντων.

προϋπάρχω, *unde* ὕπαρξις. ὕπαρξις *est substantia & facultates*, οὐσία *essentia vel ipsa natura.*

Ὡς τὰ πολλά.

Vt plurimum ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Κρίνεται.

A נָבַר *discretus est, græci per transpositionem radicalium dicunt* κρίνω.

Διὸ καὶ σφόδρα.

Conclusiuncula & repetitio propositionis huius orationis, ὅτι βοηθητέον τοῖς ὀλυνθίοις *cuius loco ponit,* τὸ ἑπόμενον. *Ita* συμπερασμάτιόν ἐστιν ἀόριστον, οὐκ εἰδικὸν. οὐ γὰρ τοὺς ὀλυνθίους ὀνομάζει.

Φροντίσαι.

Aorist. 1. Infinitiui Thema est φροντίζω, *quod construitur cum genitiuo, vel accusatiuo, hic cum genitiuo sicut videtis.*

Ἐπανορθωσάμενοι.

Aorist. 1. Participialis μέσος ὀρθόω *rectifico verbum contractum.*

Ἀποτριψώμεθα.

Prima persona, Aorist. 1. μέσου, *coniunct:* ἀποτρίβομαι *abstergo, sicco, deleo, negligo & abijcio.* ἀποτριψώμεθα *tanquam rubiginem aut eruginem exteramus, nostra enim negligentia, nobis dedecus, vt situs ferro rubiginem induxit. Videtur* μεταφορικῶς

φορικῶς à *ferro vel ære aut similibus rebus translatum, quæ exacuuntur & expoliuntur, vt rursum splendescãt. Cicero pro lege Manilia: Maculam superiore bello susceptam delere, à* דָּרְבָן *stimulus acutus quo rustici boues suppungunt & fodiunt, vt in trahendo curru aut aratro rectà incedant. Fit simplex verbum* τρίβω *tero.*

εἰ δὴ προησόμεθα ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἶτ᾽ ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τίς ἐμοὶ, τί τὸ κωλῦον ἔτ᾽ αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται; ἆρ᾽ ἄγε λογίζεται τὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον, δι᾽ ὃν μέγας γέγονεν, ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ᾽ ἀρχὰς Φίλιππος: τὸ πρῶτον ἀμ-

Quod si hos quosque homines deseremus atq; negligemus viri Athenienses, siqúe Olynthum iste in suam ditionem rediget, age dicat mihi aliquis, quid eum porro prohibebit ire quo velit. Nunc quis cogitat vestrũ viri Athenienses videtq; rationẽ, per quam magnus euaserit cum infirmus

φίπολιν λαβὼν, μετὰ ταῦτα πύδναν, πάλιν ποτίδαιαν, μεθώνην αὖθις, εἶτα θετταλίας ἐπέβη. μετὰ ταῦτα φερὰς, παγασὰς, μαγνησίαν, πάνθ' ὃν ἐβούλετο εὐτρεπίσας τρόπον, ᾤχετ' εἰς θρᾴκην. εἶτ' ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων, ἠσθένησε. πάλιν ῥᾴσας, οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν, ἀλλ' εὐθὺς ὀλυνθίοις ἐπεχείρησε. τὰς δ' ἐπ' ἰλλυριοὺς, καὶ παίονας αὐτοῦ, καὶ πρὸς ἀρύμβαν, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. τί οὖν, τις ἂν εἴποι, ταῦτα

esset initio Philippus: Primum capta Amphipoli, postea Pydna, mox Potidæa, iterum Methona tādem in Thessaliam inuasit. Post hac Pheris, Pagasis, Magnesia omnibus suo arbitrio instructis & paratis, abijt in Thraciam. Deinde ibi alijs expulsis, alijsq́; cōstitutis regibus, in morbum incidit, quo quidem leuatus, non languori dißidiæq́; se dedit, sed continuò Olynthios est adortus. Nam in Illyrios & Pæones eius, & aduersus Arymbam, & quoquò dixerit aliquis, omitto expeditiones. Quorsum

λέγεις

λέγεις ὑμῖν νῦν; ἵνα γνῶτε ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθ' ἕκαστον ἀεί τι τῶν πραγμάτων, ὡς ἀλυσιτελές, καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην. ἣ πρὸς ἅπαντας χρῆται καὶ συζῇ Φίλιππος, ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας τοῖς πεπραγμένοις, ἡσυχίαν σχήσει. εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν ἐγνωκὼς ἔσται, ἡμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐρρωμένως τῶν πραγμάτων, σκοπεῖσθαι, εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι.

igitur (dicat aliquis) iſta nunc ſpectat oratio? vt vtrumq́; cognoſcatis atq́; intelligatis viri Athenienſes, tum quàm ſit inutile ſemper aliquid de ſumma rerũ ſingulatim deperdere: tum quantũ ſit Philippi in rebus gerendis ſtudium, quod in omnes adhibet, & in quo ætatẽ conterit propter quod nullo modo rebus geſtis quieſcet. Iam ſi ille ſemper maius aliquid ijs, quæ antea geſsit ſic agendum cenſuerit, vos vero nullam rem fortiter ſuſcipiendam duxeritis, conſiderate quæſo quis tandem harum rerum ſperandus ſit exitus.

Tria ſunt hic ordine poſita κατὰ μέθοδον τῆς ἐυκρινείας, Olynthiorum deſtitutio, vrbis eorum euerſio, licentia Philippi quoquò verſus proficiſcendi, ex quibus colligitur, τὸ πραχθησόμενον ϗ ἐκβησόμενον. Eſt etiam hic commemoratio τῶν ἐκβάντων, multa enim tempora commemorat, quibus maiorum & auitam virtutem Athenienſes reuocare in memoriam potuiſſent, ſed neglexerunt. Eſt itaq; τὸ παραλειφθὲν. Argumentatur à contrarijs conſequentibus hoc modo. Antecedens εἰ δὲ προησόμεθα &c. id eſt, Niſi demus Olynthijs auxilium, neceſſe eſt ijs ſubiugatis, nos quoq; ſubiugari. Ergo dandum eſt ijs auxilium. Probatio antecedentis ab exemplo ἐρὰν γε λογίζεταί τις ὑμῶν, id eſt, Si Philippus capta Amphipoli, poſtea etiam Pydnam capit, & poſt Pydnam Potidæam, tum Methonam, poſt Theſſaliam, item Pheras, Pagaſas &c. nec vllam quam poteſt relinquit, & noſtram quoq; poſt Olynthum capere tentabit. At illud eſt, non igitur deſerendi ſunt Olynthij, locus eſt neceſſitatis.

Προησόμεθα.

Futurum α, Thema προΐεμαι, *prodo, destituo, desero, negligo & abijcio* προΐεσθαι τοὺς συμμάχους, *proijcere socios,* προΐεμαι ῥῆμά τινι ἐναντίον *contra voluntatem alicuius loquor.*

καταστρέψεται.

μ. α. Thema simplex στρέφω *quod est à* שׁוּב *reuersus est, interposito* τ ρ.

Φρασάτω.

Aorist. 1. Imperatiui, Φρασάτω τις ἐμοὶ. *Modus loquendi Græcorum, latini dicunt quæso, à* פֵּרֵשׁ *exposuit verbis disiunctis, fit* φράζω μεταφράζω *interpretor, expono,* παράφρασις *expositio.*

βαδίζειν.

Est leni passu & securo ire, quasi cum nihil obstat. Cicero, bestias videmus alacres & erectas vadere, vt alteri noceant. Significat etiam exercitum ducere, cum copijs proficisci. Ab אָבַר *perijt, amissus est, per aphæresin fit* βαδίζω *addo, vt si quis vadendo subtrahitur, & nunquam redijt, hic perire dicitur.*

Ὅπῃ βούλεται.

Enallage modi pro futuro βουλήσεται, vel potius ἐθελήσει, dicit Philippum designasse iter Athenas, vbi ceperit Olynthum, idq; tam certo quàm si iam res fiat.

Ἀρᾶγε.

Ἐπιχείρημα στοχαστικὸν, ἀπὸ τῆς βουλήσεως τοῦ Φιλίππου.. Volet in Atticum venire Philippus. Quare? Quia omnes eius curæ & labores hactenus semper in amplificando regno suo elaborant. Argumentum itaq; sicut dixi est coniecturale, sumtum ex loco adiunctorum, vt hactenus fecit, ita deinceps quoq; faciet.

Ἀρᾶγε.

Est particula indignantis, est ne aliquis qui consideret, certè neminem puto esse.

Λογίζεται.

Λογίζομαι est collectis rationibus aliquid asseuerare, in hac significatione accipitur apud Paulum in Epistola ad Roma. cap. 3. λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Obseruate discrimen inter λογίζεσθαι καὶ θεωρεῖν. λογίζεσθαι est animi, θεωρεῖν est visus, à תָּאַר delinea-

delineatus est, deriuatur θεωρέω, θεώρησις, θεωρία.

Ἀσθενὴς ὤν.

Nam principio Philippus fuit obses apud Thebanos, & regnum eius miserè vexatum à vicinis gentibus. Totam illam historiam, quæ est apud Diodorum siculum, & alios copiosè descripta, paucis verbis absoluit orator. ἀσθενὴς σθένος ἢ σθένης *robur, potentia, quod deriuatur à* חָסֵן *corroborauit, accedente a* μορίῳ στερητικῷ *fit* ἀσθενὴς, *expers roboris, infirmus & imbecillis, à quo* ἀσθένεια.

Τὸ κατ᾽ ἀρχάς.

Principio & quod absolutè, sicut τὴν ἀρχὴν, *Iohannis 8. vt prius,* τὸ κατ᾽ ἀρχάς. *Articulus neutri generis interdum* πλεονάζει, τὸ ἐξ ἀρχῆς, τὸ πάλαι, τὸ νῦν εἶναι.

Τὸ πρῶτον.

Ἡ ἀπαρίθμησις, *continens quasi* τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, *in rebus gestis Philippi. Figura etiam hoc loco est, quæ vocatur* πύσμα *quæ fit cum interrogationi responsionem ipsi subijcimus, seu potius* αὐθυποφορά.

Ἀμφίπολιν.

Quam Philippus oppugnans, aiebat ſe ideo obſidere, vt Athenienſibus traderet, poſtquam eam cepit, etiam Potydæam eripuit.

Μετὰ ταῦτα.

Id eſt paulatim progreſſus eſt, iam plenis it paßibus, oſtendit Philippum incepiſſe paulatim progredi, deinde celeriter multa arripuiſſe.

θετταλίας ἐπέβη.

Hiſtoria de his ſic habet. Methone capta ac diruta, & ciuibus eiectis, ἐχόντων ἓν ἱμάτιον ἑκάστων, *id eſt, ſingulis veſtem vnicam ferentibus, omnem eius ditionem in Macedonas tranſtulit,* μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ Φίλιππος ὑπὸ θετταλῶν μετακληθεὶς, ἧκεν εἰς θετταλίαν μετὰ τῆς δυνάμεως. *Erant enim tum multæ in ea regione turbæ, quia reguli ſeu tyranni ciuitatum, à populo impetebantur, & Philippum idcirco populus vocauit. Præterea bellum ſacrum iam excitatum erat, quo Theſſali cum Bœotis aduerſus Phocenſes, ob eam cauſam quæ in tertia oratione dicitur, certabant. Itaq; Philippus multis hic victorijs (vna*

clade tantum accepta, vbi penè oppressus est) Phocenses tandem vicit, & ex Thessalia repulit. His actis Pheras venit aduersus Lycophronem & Pitholaum, eius vrbis tyrannos, quos tradere sibi vrbem coëgit, ea conditione vt salui exirent, qui inde ad Phocenses se contulerunt. Sic τυραννίδα καθεῖλε, καὶ τῇ πόλει ἐλευθερίαν ἀπέδωκε, καὶ τἄλλα τὰ κατὰ θετταλίαν καθέστησε, *& in Macedoniam rediit anno primo centesimæ septimæ Olympiadis: id est, ante hoc bellum Olynthiorum circiter tres annos.*

Ἐπέβην.

Aorist. 2. βαίνω *à* בוא *venit, scando & gradior, coniugatur per* βάω ἄχρηστον μ. βήσομαι, ἀορ. β. ἔβην, π. βέβηκα, ἐπιβαίνω *conscendo, ingredior,* ἐπιβαίνω, *cum genitiuo construitur.*

Μετὰ ταῦτα.

Notentur particulæ ordinis seu connectendi hoc loco, τὸ πρῶτον, μετὰ ταῦτα, πάλιν, αὖθις, εἶτα, μετὰ ταῦτα, εἶτα, πάλιν.

Ὃν τρόπον.

Deest κατὰ, *à* דָּבַר τρέπω, τρόπος, κατὰ μετάθεσιν τῶν γραμμάτων.

εὐτρεπίσας,

Aorist. 1. Participialis εὐτρεπίζω *ordino, paro, rectè administro. Metaphora à mulieribus quæ propriè res domesticas ordinare & componere dicuntur.*

ᾤχετο.

Aorist 2. Thema οἴχομαι *quod propriè significat curru eo, cuius significati apud Pindarum multa sunt exempla, sed hic ad equites & pedites pertinet.*

τὸν δ' ἐκβαλών.

Vt Chersobleptem & Teren. Nam Athenienses scripserunt ad Philippum, vt permitteret Chersobleptem & Teren reges Thraciæ fieri, vt qui essent amici & socij populi Atheniensis, quod Philippus in sua ad Athenienses epistola constanter negat. Cæterum Cardianos, Philippo socios, scripserunt Aeschines, Philocrates, cæteriq; legati, & Chersobleptem, Alenses & Phocenses, fœdere excluserunt.

Καταστήσας.

Fortassis Amadocum & Betisadem.

τὸν μὲν.

Nonnullos τὸν δ' *alios.*

Ἠσθένησε.

Aorist. 1. ἀσθενέω. Diodorus ab Onomarcho Phocensium duce, victum ait duobus prælijs, καὶ εἰς ἐσχάτους κινδύνους περικλεισθέντα. Πάλιν ῥᾴσας.

ῥᾳίζω quod ex רִשְׁיוֹן indulgentia, licentia deriuatur, vel inusitato רָשָׁה indulsit, πάλιν ῥᾴζας id factum anno post hanc cladem (ἐκ μακεδονίας μετὰ δυνάμεως ἐπὶ καταλυτικῶς) atque inde ad Onomarchum profectus est, quem vicit & patibulo affixit. Denique post mortem Onomarchi Pheras contendit, quam etiam cepit, sicut antea.

Ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν.

ῥαθυμεῖν propriè est animo inerti ac planè dissoluto esse, à ῥαδίως καὶ θυμὸς opinor dici, quasi ῥαδίως τὸν θυμὸν ἔχειν, sed verius ex רָדַם soporauit fit ῥαθυμέω torpeo. Ἀπέκλινεν.

Absolutè hic ponitur sicut aliàs à לִין reclinauit, præposito κ fit κλίνω simplex, & ἐγκλίνω.

Ἀλλ' εὐθὺς ὀλυνθίοις.

Quibus initio negabat se hostem venire,

nire, nec prius id ostendebat, quàm cum exercitu in eorum agro esset.

ἐπεχείρησε.

Aorist. 1. ἐπιχειρῶ & ἐπιτίθημι, *sunt verba militaria, construuntur cum datiuo & adoriri hostem significant.*

τοὺς δ᾽ ἐπ᾽ ἰλλυριοὺς.

Summa eorum quæ de hisce apud Diodorum recitantur. Amyntam huius Philippi patrem, victũ ab Illyricis ac coactum tributa pendere, pro obsidibus filium hunc Philippum, ex quatuor minimum dedisse: interea mortuum esse. Alexandrum natu maiorem successisse, sed statim à Ptolemæo Alorite fratre, dolo esse occisum, & hunc pariter à Perdicca, Perdiccam postremo ab Illyrijs captum, ac regno sic Principe destituto, Philippum ex custodia Thebis, vbi erat, elapsum, in Macedoniam confugisse & regno potitum. Inhiantibus autem tunc vndiq; huic regno Illyrijs, Pæonibus, Atheniensibus, Philippum resistere vt potuit cepisse. Primosq; Pæonas, principiò quidem donis & pollicitationibus placasse: sed statim post, audita morte, eorum regis,

regis, cum exercitu res suas repetiisse, ibiq; regem Illyricorum Bardyllim occidisse, ac vrbes omnes quas pater amiserat recuperasse. Ab Atheniensibus autem post vnam de eorum duce, quem miserant regem Argeum constituturum, adeptam victoriam facilè. pacem impetrasse, & sic res suas in pace per Macedoniam constituisse, donec Amphipolin profectus est. Cæterum Illyrios aiunt nunc esse qui Sclauonij & Veneti dicuntur. Pæonas qui Pannonij, quod hæ regiones sint Macedoniæ proximæ.

καὶ πρὸς Ἀρύμβαν.

Fuit is Epiri princeps, patruus Olympiadis Philippi vxoris, frater scilicet Neoptolemi, filius Alcetæ & pater AEacidæ, aui illius Pyrrhi Epirotarum regis, qui tot bella contra Rom. gessit, sed quamobrem ad eum expeditionem susceperit Philippus ignoratur.

καὶ ὅπη τις ἂν εἴποι.

Particula completiua, cum enumeratio perfecta non videtur, addi solita, latinè ἐλλειπτικῶς & quo non?

παραλείπω.

Præ-

Præteritio, oſtendit ſe adhuc multa cõmemorare poſſe. Ab hoc verbo habemus figuram quæ in Rhetorica vocatur παράλειψις.

τὶ οὖν.

Occupatione & interrogatione conclusionem infert, hactenus enim duo fuerunt, exitus & facta, ſed iam ita argumentatur, ut concluſio vix appareat, & ad propoſitionem paulatim redit, τὶ οὖν, πύσμα.

ἵνα γνῶτε.

ἀπόκρισις καὶ περιτροπὴ, *ad ſimilem diligentiam* κατ᾽ ἀντίθετον.

περιίεσθαι.

Ἀορίστως *dicit,* τὸ περιίεσθαι τὰ πράγματά ἐστιν ἀλυσιτελὲς; *quod mox* ὡρισμένως *dicetur, ſemper orator* τὰ γενικώτερα *præmittit, quæ poſt* εἰδικῶς *expoſiturus eſt,* περιίεσθαι *ſignificat, per negligentiam amittere.*

τῶν πραγμάτων.

Πράγματα *hoc loco ſunt facultates Reipub. ſæpè etiam moleſtiam ſignificant, ut* παρέχειν πράγματα, *qua in ſignificatione ponitur etiam in ſingulari numero.*

Ἀλυσιτελές.

Liptote

Liptote pro eo quod eſt βλάβερον.

φιλοπραγμοσύνην.

Vertitur rerum nouarum ſtudium, Solent à Cicerone verbo ſtudij ferè reddi, quæ græcè cum φίλος compoſita ſunt. Quanquam ſtudium in bonam ſæpius partem capiatur, quàm φίλος, φιλοπραγμοσύνη laudatur, πολυπραγμοσύνη eſt vitium pernicioſiſſimum.

ἢ πρὸς ἅπαντας.

Pulcherrimè paucis verbis amplificat, eſtq́; quædam αὔξησις in ſubmiſſo dicendi genere, tria illa χρῆται, συζῇ, ἡσυχίαν ἔχει, ad vnum verbum φιλοπραγμοσύνην refert

Συζῇ.

Thema συζάω verbum circumflexum ſecundæ coniugationis, quod ſignificat cōſeneſco, conuiuo, conſueſco, familiaritatem habeo, à ζάω ῶ viuo συζάω vnà cum re adoleſco, eſt tertia perſona ſingularis indicatiui hic, ſed quare non dicis συζᾷ in tertia perſona? Hæc eſt ratio quia Attici in ſecunda coniugatione Craſin faciunt ex α & ε in η, aliquando in vocalem nudam.

ὑφ᾽ ἧς οὐκ ἔστιν.

ὑπο-

ὑπογραφὴ φιλοπράγμονος καὶ φιλοχρημάτου, *auari, ambitiosi & hominis immensæ cupiditatis.*

οὐκ ἔστιν ὅπως.

Ἀδύνατον αὐτὸν ἡσυχάζειν.

Ἀγαπήσας.

Ἀγαπᾷν *duo significat,* στέργειν καὶ ἀρέσκεσθαι, *id est, diligere & contentum esse, vel acquiescere, sed quando construitur cum datiuo vt hoc loco, posterius significatum obtinet, ab* אָהַב *dilexit, græci pro aspiratione, quam in medio non ponunt, substituunt* γ *& dicunt* ἀγαπάω.

εἰ δὲ ὁ μὲν.

Hæc sententia tria complectitur, industriam Philippi, Atheniensium ignauiam, postremo euentus occupat, ista omnia pertinent πρὸς τὸ αἰσχρόν. *Turpe est industria esse inferiorem Philippo.*

Ἐγνωκὼς ἔσται.

Discrimen est, inter ista duo, γνώσεται, καὶ ἐγνωκὼς ἔσται. γνώσεται *enim tantum est temporis futuri, statuet, deliberabit,* ἐγνωκὼς *vero* ἔσται, *præteritum futuro coniunctum habet, non modo statuit, sed etiam*

statuet,

ſtatuet: ſtatutum ac deliberatum habebit. Ἐῤῥωμένως.

Aduerbium. Obſeruandum quod aduerbia veniunt etiam à participijs, neq; à præſenti ſolum, ſed etiam à præterito tempore ἔῤῥωμαι ῥωνύω.

σκοπεῖτε.

Ἀνακοίνωσις *ſiue* συγχώρησις, *ego non dicam quis exitus ſit futurus, ſed vos ipſi videte, & tempeſtiuè impendenti malo remedium quærite.*

Τελευτῆσαι.

Abſolute, id eſt, τελεσθῆναι, τελέω *finio, morior,* τελευτᾷν τὸν βίον, *mori.*

πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅς τις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσομεν; ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι

Quis veſtrum per deos, tam ſimplex & imperitus eſt, qui ignoret bellū inde ad nos translatum iri, ſi neglexerimus: Verum enimuero id ſi fiet, metuo viri Athenienſes, ne quemadmodum, qui facilè magnis vſuris, mu-

ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν. οὕτω καὶ ὑμεῖς, ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὧν οὐκ ἐβουλόμεθα, ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ. τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον, καὶ παντὸς εἶναι: τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων, ὅτι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι τοῦτ' εἶναι συμβούλου. ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ

tuas ſumunt pecunias, hi poſteaquam exiguo tempore fuerũt diuites, tandem fœneratoribus, paternis etiam bonis ceſſerũt. Sic & nos, ſi in magna vſura ſegnes eſſe, atq; omnia ad voluptatem referre videamur, multa atque acerba quæ nollemus, poſtea facere cogamur deq; fortunis ipſius regionis, in periculũ veniamus. At enim dicet fortaſſe aliquis facile quidẽ & cuiuſuis eſſe reprehendere, verum de præſentibus quid ſit agendum, ſuam dicere ſententiam id eſſe conſiliarij. Ego vero etſi non ignoro

ἄνδρες

ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῦθ' ὅτι πολλάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας, ἐν ὀργῇ ποιεῖσθαι, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ. οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι, περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι.

viri Athenienses, sæpè vos nō ijs qui sint in culpa, sed qui postremi de rebus dixerint irasci. Si quid non ex sententia euenerit, tamen non cōmittendum arbitror, vt habita priuata securitatis ratione minus cōtendam in ijs, quæ vobis putem conducere.

Quia Demostheni in more est à generalibus & communibus ad particularia & specialia progredi. Prius posuit exitum ἀορίστως καὶ γενικῶς, *in illis verbis,* σκοπεῖτε εἴς τι ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι *&c. Iam* τὸν εἰδοποιητὸν καὶ ὡρισμένον *exitum posuit, & quasi breuem quandam* ἐπιμονὴν τοῦ ἐκβησομένου *assignat. Nam euenta maximè sunt consideranda in deliberationibus & statibus, qui* πραγματικοὶ *dicuntur, ibi enim exitus sunt pertimescendi, cuiusmodi sunt futuri.*

πρὸς θεῶν.

θαυμασμὸς ἢ σχετλιασμὸς ἐνδιάθετος καὶ ἔμψυχος, *admiratio, siue indignatio plena affectus atque spiritus.*

Εὐήθης.

Dicitur homo simplicium morum.

τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον.

Artificiosa τμῆσις, *interponit aduerbium inter articulum & nomen* ἐμφάσεως ἕνεκα, *atque ita articulus cum aduerbio constructus, nomen constituit.*

ἥξοντα.

Pro ἥξειν *participium pro infinitiuo, cuius ratio hæc est, sæpe græci accusatiuis participiorum vtuntur, vbi latini infinitiuis, in ijs maximè verbis, quæ* τὰ γνωριστικὰ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ὄψεως *vocamus.* ἥξοντα πόλεμον *metonymia est,* ἀντὶ πολεμίους ἥξοντας.

ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο.

Magis in speciem contrahit exitum, non solum bellum huc transferetur, sed periculum quoque erit ne agro nostro priuemur.

Δέδοικα.

Difficilimum est, de rebus futuris certi quid-

quidquam affirmare. Ideo dicit ἠθικῶς metuo ne nobis hoc eueniat. Thema est δέδω, φοβοῦμαι. μ- δείσω. ἀορ:α. ἔδεισα. π. δέδοικα vel δέδοια μέσον, & hoc loco præsentis vicem sustinet.

μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον.

Ἐπεξεργασία siue ὁμοίωσις quæ non tam amplificationis causa, quàm πίστεως ponitur.

δανειζόμενοι.

Qui pecuniam fœnori, à fœneratoribus accipiunt, δάνειον mutuum, inde δανείζω mutuum do, Credo, cui opponitur δανείζεσθαι mutuum sumere à תָּנָה donauit δανείζω καὶ ομαι.

Τόκος.

Vsura fœnus οἱ τόκοι hoc loco significant summas pecuniarias fœnori acceptas.

τῶν ἀρχαίων.

ἀρχαῖος antiquus, ab אָרַח iter longum fecit, in neutro genere τὸ ἀρχαῖον, τὰ ἀρχαῖα vocat, τὰ πατρῷα paterna bona, patrimonium, quicquid habuerunt à patre, ex dote, ex legato, & quæ sunt pignoris loco.

ἀπέστησαν.

Aorist.1. ἵσταμαι *simplex, quod à* שׁוּת *deriuatur, unde* ἀφίσταμαι, *desisto, absisto, cedo.* ἀορ. β. ἀπέστην. μ. ἀποστήσομαι *cedam.*

οὕτω καὶ.

ἀπόδοσις ὁμοιώσεως, *dixit ante* μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον: *Iam vero* οὕτω &, *quæ figura est* ἐπανάληψις εὐκρινείας ἕνεκα, *non eiusdem verbi, sed verbi,* ἰσοδυναμοῦντος.

ἡμεῖς.

Se cum populo consociat, per figuram, συνοικείωσιν, *id est, communicationem.*

ἂν.

Particula ἂν *more suo additur subiunctiuo verbo, vel vtiq. aut certè significans, atq. participium,* ζητοῦντες *causam indicabit, & ad sequens verbum* ἔλθωμεν *pertinebit, si enim ad* φανῶμεν *referatur,* ἐζητηκότες *orator dixisset & non* ἐῤῥαθυμηκότες.

φανῶμεν.

Futurum, Thema φαίνω *à* בָּחַן *probauit.* π. πέφαγκα *præterito medio,* πέφανα. Ἐῤῥαθυμηκότες.

ῥαθυμεῖν, *Ocium & desidiam sumere*

à vo-

à voluptatibus, à רָדַם soporauit.

ἅπαντα πρὸς ἡδονήν.

ἅπαντα τῇ ἡδονῇ μετροῦντες, idem περὶ στεφάνου, τὴν εὐδαιμονίαν τῇ γαστρὶ, καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετρεῖν. felicitatem ventre omniq́ turpitudine metiri, ἡδονὴ, Ab עֵדֶן voluptas. vnde ἡδύνω oppiparum reddo, ἡδύνομαι, iucundus sum, & ἡδονὴ, vnde ἁνδάνω placeo. Plato in Cratylo, ἥτε γὰρ ἡδονὴ, ἡ πρὸς τὴν ὄνησιν ἔοικε τείνουσα πρᾶξις, τοῦτ᾽ ἔχειν τὸ ὄνομα, τὸ δέλτα ἢ ἔγκειται, ὥς τε ἡδονὴ ἀντὶ ἠονῆς καλεῖται.

ζητέω.

A יָסַד fundauit, fundamentum iecit, & metaphorice initium rei posuit per conuersionem radicis ζητέω.

ὕστερον.

A שָׁאַר residuus fuit, ὕστερον & ὑστερίζω.

ἀνάγκη.

A נָאַק vel אָנַק gemuit, fit ἀναγκάζω cogo, & ἀνάγκη.

ἔλθωμεν.

Aorist. 2. Subiunctiui, Thema ἔρχομαι,

μαι, verbum anomalum, ab אָרַח iter longum fecit ἔρχομαι. ποιεῖν.

Id est, πάσχειν est ἀναστροφὴ graci enim πάσχειν pro ποιεῖν & ποιεῖν pro πάσχειν dicunt.

Κινδυνεύσωμεν.

Aorist. 1. Subiunctiui, κινδυνεύω. Hic ponit τὸ ἐκβησόμενον εἰδοποίητον, solet enim Demosthenes separare res, & paulatim peruenire ad extrema, videte quis finis sit futurus, venit bellum. Deinde de summa rerum periclitabimur.

περὶ τῶν ἐν αὐτῇ χώρᾳ.

Τουτέστι περὶ τῆς πόλεως καὶ ἐλευθερίας, quod dicit vt metum suis ciuibus incutiat. Τὸ μὲν οὖν.

Hactenus τὸ κεφάλαιον τοῦ ἐκβησομένου audiuimus, in quo genus omne τῶν ἀριστοτελικῶν πίστεων recenset. Sed sequitur occupatio, quæ oratorio σχηματισμῷ, habet sententiam generalem. Reprehendere facile est & cuiusq; , boni autem oratoris consilium dare. Sic etiam Nazianz. ἐν προοιμίῳ α. λόγου, περὶ τοῦ υἱοῦ. ἐπεὶ ἢ τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν, οὐ μέγα, ῥᾷστον γὰρ καὶ τοῦ βουλομένου παντός.

ἐπι-

ἐπιτιμᾶν.

ἐπιτίμησιν vocamus, reprehensionem quacunq; in re, præsertim ob honorem neglectum, nam ἀτιμὴ dicitur quod vocabulum est ἀ τίω compenso in bonam & malam partem. Sed in disputationibus sunt etiam Dialecticæ ἐπιτιμήσεις, de quibus Aristoteles, in 8. τῶν τοπικῶν.

ὑπὲρ τῶν παρόντων.

Τουτέστι περὶ τοῦ προτεθέντος πράγματος, obseruate quod ὑπὲρ sæpè pro περὶ positum inuenitur.

ἀποφαίνεσθαι.

Est diserte dicere & asseuerare, vnde est ἀπόφανσις, cui opponitur ἐνδοιασμὸς. Nam ἐνδοιάζειν dubitare & titubanter loqui significat.

Συμβούλου.

ῥήτωρ, species pro genere, Orator in deliberatiuo genere dicitur σύμβουλος, in concionibus ἐκκλησιάζων, in demonstratiuo ἐγκωμιάζων, in iudiciali genere διώκων aut φεύγων vel ἀπολογούμενος. Obseruanda hoc loco occurrit differentia inter hæc tria, συμβουλὴν, προτροπὴν καὶ πα-

ραίνεσιν. Nam συμβουλὴ est oratio, quid faciendum sit subijciens, in qua & vtilitas & modus agendi, dubia & controuersa esse possunt. προτροπὴ est oratio res affirmans & concessas suscipere iubens. παραίνεσις vero est oratio, & res agendas subijciens, & modum complectens.

ἐγὼ δ᾽ οὐκ.

Ante vsus est μεταβάσει qua superiora conclusit, nunc vero accedit ad πρόσχεσιν, qua quid deinceps expectandum sit præmonet. Hactenus reprehendi vos Athenienses, nunc vero liberè sententiam meam exponam. Sententia porrò oratoris tractatur, τῇ ἀντεισαγωγῇ cuius vna pars ὁμολογία est, altera ἀφαίρεσις, ἢ ἀντίθεσις. Accedit τὸ αἴτιον γνωμικὸν ἐξθετικὸν, ratio ex communi sententia sumta, in patriæ salute non est priuatæ securitatis habenda ratio. De Demosthene hoc in loco, non indignum scitu subsignabo, cum fortunæ turbinibus ferretur, adeuntes iuniores à Reipub: cura, impensissimè conatus est auertere, quum diceret: Si duæ viæ initio proponerentur quarum altera ad subsellia

orato

oratorum ferret ac conciones, ad euidens exitium altera, præuideat autem aliquis, quæ in ciuilium administratione occursent mala, quam atrox inuidia, quæ subeunda certamina, quibus criminibus vita obnoxia, præstare nimirum id iter, cuius exitus mors est.

οὐ τῶν αἰτίους.

Idest primo loco dicentes, erat enim ordo quidam in dicendis sententijs. sicut ex Philippica prima apparet, ibi enim initio se excusat quod primo loco dicat, quia senes primi dicere debebant, cuius quidem rei accedit μαρτύριον *locupletissima.* Ξενοφῶντος παιδείας ἕκτον. ὡς δὲ πάντες συνῆλθον οὓς ἔδει, καὶ σιωπὴ ἐγένετο. κυαξάρης εἶπεν ὧδε, ἄνδρες σύμμαχοι ἴσως ἐπειδὴ παρὼν τυγχάνω, καὶ πρεσβύτερός εἰμι κύρου, εἰκός με ἄρχειν λόγου. ἄιτιος *dicitur latine autor, vt* ἄιτιος τῆς πολιτείας, *primus fundator & instaurator, ab* אוֹרת *causæ, occasiones,* αἰτία, ἄιτιον, ἄιτιος, αἰτέω, αἰτιάζω.

Ὑστάτους.

Si iste superlatiuus propriè positus est, significat eos, qui consilia & causas perorant,

orant, qui ſolent vehementiores eſſe, & quorum liberior eſt oratio, ad iram, ad inflammationes animorum, quos ὑπάτους *dicit Philippica ſecunda,* τοὺς ὑπὸ χεῖρα *ſubditos.* ἐν ὀργῇ ποιεῖσθαι *Cicero reddit, Odium diuturnum habere à* חָרָה *exarſit ira, per inuerſionem radicis dicimus* ὀργίζομαι *&* ὀργὴ.

οὐ μὴν οἶμαι.

Sic Paulus 1. *Corinth. cap.* 10. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρειν, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι.

ὑποστείλασθαι.

Aoriſt. 1. μέσος, *Thema* ὑποστέλλομαι, *quod propriè ſignificat contrahi animo, demittiq́ & ideo reticere:* μηδὲν ὑποστέλλεσθαι πρὸς ὕβριν, *non vereri iniuriam facere. Sumtum fortè à velorum contractione, aut à cingendis veſtibus. Nam à* שָׁלַךְ *miſit, eſt* στέλλω.

Φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν, τῷ τοὺς πόλεις τοῖς

Cenſeo igitur duplici ratione rebus eſſe ſuccurrendum, tum conſer-

ἐλευ-

ὀλυνθίοις σώζειν: καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν. καὶ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν, καὶ τριήρεσι, καὶ στρατιώταις ἑτέροις. εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται. εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας τοῦτο, ὄλυνθον παραστήσεται, ῥαδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν, ἀμυνεῖται. εἴτε βοηθησάντων μόνων ὑμῶν εἰς ὄλυνθον: ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι, προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς

uandis Olynthiorum ciuitatibus: & militibus qui id faciant eo mittendis, tum aliys & triremibus & militibus, populanda vexandaq́ eius regione. Quod ſi alterutrū horum negligetis, vereor ne ſuperuacanea nobis ſit expeditio. Siue enim regionem eius populantibus vobis, ille hoc diſsimulato, Olynthum occupabit, facilè in regnum reuerſus, vlciſcetur iniurias: Siue Olynthijs tãtum ſubſidio profectis vobis ſua videns in tuto eſſe domi, vrgebit obſidionem, ac oppugnando ſcilicet, rem ſtrenuè

πραγ-

πράγμασι, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορχουμένων. *geret, mora ipsa & longinquitate temporis vincet obsessos.*

Hoc loco dat orator consilium, quemadmodum succurrendum rebus sit, & duplici exercitu opus esse dicit: ut scilicet pars una mittatur in agrum Olynthiorum, altera in regnum Philippi. Est διμερὴς πρότασις, περὶ τῆς διττῆς βοηθείας καὶ ἡ πεποίθησις λαμπρότητός τι ἔχει. *Nam fidenter & audacter affirmat, quid sit faciendum.*

Διχῇ.

Diuisim, duabus partibus, à Cicerone dupliciter & duplici via vertitur.

τῷ σώζειν καὶ τῷ ποιεῖν καὶ ἐκπέμπειν.

Hi infinitiui ponuntur loco gerundij ablatiui casus, & hæc est ratio. Quia infinitiuus cum articulo datiui casus, ponitur loco gerundij.

κακῶς ποιεῖν.

Id est, κακοῦν. *Cæsar lib. 1. de bello Gallico sic exprimit, per Galliam sine maleficio ire, id est,* οὐ κακῶς ποιεῖν, *apud Ciceronem*

est, ἄγειν καὶ φέρειν, id est, vastare & vexare.

τριήρεσι καὶ στρατιώταις.

Hæc πρὸς τὸν τρόπον referuntur, id est, ad quæstionem quomodo vel quale, vt sit hæc interrogatio quomodo iuuabimus? terra & mari.

στρατιώτης.

Dicitur miles emeritus, qui iam dimissionem vt veteranus impetrauit.

εἰ δὴ θατέρου.

Propositio fuit, Olynthijs auxiliabimur, terra & mari. Iam additur amplificatio vel confirmatio τῆς προτάσεως ex antitheto.

θατέρου.

Pro τοῦ ἑτέρου θάτερον pro τὸ ἕτερον, κατὰ κρᾶσιν ἀττικήν.

ὀλιγωρήσεται.

ὀλιγωρεῖν significat paruam curam gerere, cura enim apud Herodotum, lib. 1. ὤρα dicitur, simplex est ὠρέω curo, custodio, ὀλιγωρεῖν contrarium est πολιωρεῖν, id est, multum curare.

Μάταιος.

A מות mortuus est. Hinc

ματέω,

ματέω, ματεύω, ματᾴομαι, *frustror &* μάταιος *vanus stultus.*

Εἴτε γὰρ ὑμῶν.

Ἀπολογία *seu ratio à consequentibus, dilemmate conclusa, cuius* ἀνάλυσις *hæc est. Vel vnus exercitus mittendus, vel duo, non autem vnus, Ergo duo. Item sic. Si vnus exercitus mittendus, aut is in Philippi agrum aut Olynthum traducendus, si ducetur in agrum Philippi, primum illud patietur. Deinde interim Olynthum expugnabit, tum hoc negotio confecto, domi succurret: Sin Olynthum, primum in regno eius erit pax & ocium, Deinde ipse omnes suas vires in capienda illa vrbe, periclitabitur. Postremo ea potietur, ita erit* τὸ αὐτὸ ἑπόμενον, *vtroq; modo Olynthus amittitur. Ergo non vnus tantum exercitus mittendus,* συλλογισμὸς διαζευκτικὸς, ἐκ διαιρέσεως.

παραστήσεται.

In suam potestatem rediget & conciliabit sibi, vt ea vrbs quasi ad manum sibi sit, & adiumento, ad res alias gerendas, vt παρίσταμαι *à mobilibus rebus ad vrbem*

trans-

transferatur, facilitasq́, qua Philippus astutijs suis, eam facere suam poßit, significetur.

ἐπὶ τὴν οἰκείαν.

Synecdoche, pro πατρίδα vel χώραν vel βασιλείαν, in Lælio Cicero. Quorum domus fuit & militia communis, εἷς οἰκεία ϗ πόλεμος κοινὸς ἐγένετο.

Ἀμυνεῖται.

Iniuriam propulsauit, Thema ἀμύνομαι, ab אָמַן vel מֵאֵן renuit, recusauit, ἀμύνω, ἀπαμύνω.

Εἴτε βοηθησάντων.

Altera pars dilemmatis. βοηθησάντων participium, conditionem & fictionem significans, pro eo quod esset, ἐὰν βοηθήσεται μόνον ὑμεῖς εἰς ὄλυνθον.

Ὁρῶν.

Participium causæ, verbum ὁράω, ut & alia quædam verba, quæ ad sensum pertinent aut cognitionem, semper ferè cum participijs, non cum infinitiuis constructa inueniuntur. à רָאָה vidit ὁράω ὅρασις, visus visio, ὁρατὸς visibilis,

ὄψωμαι, ab אַף aſpectus. ἀορ. β. εἶδον, à יָדַע.
Anomala apud Græcos coniugantur per alia ἄχρηστα, & ipſa plærunq; ſunt ex hebræis cognatæ ſignificationis deriuata, ut ὁράω ὄψομαι, εἶδον.

Οἴκοι.

A גַּג tectum οἶκος, οἰκίον & κατὰ συνεκδοχὴν οἰκέω.

προσκαθεδεῖται.

Καθέζομαι ſedeo, κάθημαι verbum anomalon. μ. β. καθεδοῦμαι ἢ εἶται, ſicut πίπτω πεσοῦμαι, μάχομαι μαχοῦμαι, προσκαθέζομαι vel προσκάθημαι, aſsideo vel continenter ſedeo, & eſt proprium eorum, qui urgent obſidionem & diu cõtinuant.

προσεδρεύσει.

Ἕδρα, καθέδρα, ἑδρεύω à חָדַר penetrauit, προσεδρεύω aſsideo, μεταφορικῶς incumbo in rem aliquam. ſtrenuè gero. Vtrumq; verbum à ſeſsione ſumptum eſt, & ad moram diuturnitatemq; obſeſsionis translatum, ſed ita inter ſe hæc duo verba differre uidetur, ut προσεδρεύειν ſit diutius permanere, quam προσκαθέζεσθαι.

προ-

Περιέσται.

Περίειμι *præsto, supero, Nam* περὶ *apud poëtas in compositione* ἐξοχὴν *significat & cum genitiuo interdum significat vinco.* πολιορκουμένων.] πολιορκῶ *obsideo urbem.*

Δεῖ δὴ πολλὴν καὶ διχῆ τὴν βοήθειαν εἶναι. καὶ περὶ μὲν τὰς βοηθείας ταῦτα γιγνώσκω. περὶ δὲ χρημάτων πόρου. ἔστιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά. ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου. εἰ δὲ μὴ, προσδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ

Quare magno opus est, ac duplici auxilio, atq; de auxilijs quidem, hæc mea est sentẽtia. Quod ad cõficiendas pecunias attinet, sunt vobis viri Athenienses, sunt pecuniæ militares, quãtæ aliorum hominum nulli. Sed eas vos arbitratu vestro insumitis. Quas si militãtibus reddetis, nullis præterea facultatibus indigetis, sin minus, præterea indigetis, vel potius omnibus caretis fa

τοῦ πόρου. τί οὖν ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ᾽ εἶναι στρατιωτικά. μὰ δί᾽, οὐκ ἔγωγε. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι, καὶ ταῦτ᾽ εἶναι στρατιωτικά, καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν, τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. ὑμεῖς δ᾽ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. ἔστι δὴ λοιπὸν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλὰ. ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων, οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. λέγουσι

cultatibus. Quidergo (quæret aliquis) tunc legem fers de his pecuniis in stipendium militum erogandis, Non hercle vero. Ego enim milites instruendos, atque in eorum stipendium, has pecunias erogandas existimo, vnumq́; & eundem ordinem instituendum, tum eorum qui accipiant pecunias, tum eorũ qui faciãt, quæ fieri oporteat. Vos aũt cum sic ociose quodãmodo in dies festos eas insumatis, reliquum est (opinor) vt oẽs conferatis, si multis opus sit, multas, sin paucis paucas. Omnino opus

ἢ καὶ ἄλλους, τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἕλεσθε, ὅς τις ὑμῖν ἂν συμφέρειν δοκῇ, καὶ ἕως ἐστὶ καιρὸς ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

est pecunijs & sine his nihil potest confici rerũ necessariarum. Iudicãt & alias quasdam alij, cõficiendæ pecuniæ rationes, ex quibus eligite, quod vobis cõducere maximè videatur, & dum tempus est, omni studio ad id bellum incumbite.

Δεῖ δὴ πολλῶν.

Συμπερασμάτιον ἐλάχιστον, *in quo nihil est nisi simplex & breuißima propositionis huius loci repetitio, & additio* τῆς ποσότητος. *Vult enim non tantum duos, sed duos magnos confici exercitus. Quod ad grammaticam attinet, verba sunt, ferè in superioribus explicata omnia, sed obscura & ignota nullo modo prætermittemus.*

καὶ περὶ μὲν.

Vltima pars consilij seu narrationis de pecunijs conferendis quæ ad quæstionem item quomodo, pertinet. Propositio militibus stipendium sufficit, Quomodo,

eis theatralis pecunia detur. Cur danda sit, duæ præcipuæ ponuntur causæ, vna ἐκ τῶν ἐναντίων ἑπομένων, si hæc pecunia militibus dabitur, non opus erit alia: Si non dabitur conferre opus erit. Altera item ex consequenti fruimini theatrali pecunia, suscipite igitur labores, turpe est cum nihil laborare velitis, illam suscipere.

Γιγνώσκω.

Verbum senatorium & consultationis, & vt superius dixit φημὶ καὶ ἡγοῦμαι, sed γιγνώσκειν & φάναι, sunt verba ἀποφαντικὰ καὶ ἀξιωματικὰ, expressè & cum dignitate affirmant, ἡγοῦμαι est ἐνδοιαστικὸν καὶ ἀπορητικὸν, id est, habet dubitationem & hæsitationem.

Πόρρου.

Absolutè commeatum significat, vt frumentum, vinum. & alia necessaria vitæ, quæ Paulo post dicit, τὰ τῆς τροφῆς, sed χρημάτων additum est ad differentiam, latini, vt dicunt rem frumentariam, ita rem pecuniariam, sic Aristot. lib. I. Rhetoricorum, τοὺς πόρους nominat, eamque primo loco inter ea, de quibus homines deli-

berant,

berant, ponit. ab עָבַר *transiit* πόρος πορεύω.

Ἔστιν ὅσα.

ἐπανάληψις *de qua Hermogenes in methodo* δεινότητος, *quæ est resumptio verbi, facta ideo, vt orator suam prudentiam & amorem in patriam asseueret atq; commendet. Vos habetis pecuniam Theatralem, ego scio, negare non potestis, hanc communi vtilitati vt seruiat, debetis concedere.*

στρατιωτικά.

Dicuntur stipendia, quæ militibus dantur. Apud Lucam 3. cap. dicuntur ὀψώνια, *& 1. Corinth: cap. 9. Quia militibus non tantum nummi olim dabantur, sed aliæ res ad cultum victumq; pertinentes, vt frumenta, vestes &c.*

ὡς βούλεσθε.

Ratio prima per concessionem.

λαμβάνετε.

Secunda persona indicatiui actiui, sumitis scilicet ex ærario, vt sit quædam ἐπιτίμησις, *aut est Imperatiui modi, sumite, id est, vestro arbitratu inter vos distribui-*

te, vt eis ipsis permittat optionem, versatur enim orator in loco lubrico & periculoso.

εἰ μὲν οὖν.

Secunda ratio à remotione partium cæterarum, conferendæ sunt illæ aut aliæ, ex vestris censibus aut ex alio reditu.

τοῖς στρατευομένοις.

Vrbanos milites intelligit. Nam στρατιῶται *significat* μισθοφόρους.

ἀποδώσετε.

ἀποδίδομεν *quod nostrum non est,* δίδομεν *quod iuris est possessionisque nostræ, ex quibus facile intelligimus eos tenuisse & occupasse, quæ propria non erant.*

μᾶλλον δ' ἅπαντα.

ἐπανόρθωσις τοῦ ῥήματος.

ἐνδεῖ.

Obseruate differentiam, ἐνδεῖν *significat prorsus non habere,* προσδεῖν *habere partem, sed adhuc alia quapiam ad perfectionem indigere. Hoc schema* προσδεῖ καὶ ἐνδεῖ *apud Hermogenem* πάρισον *appellatur, cum idem verbum alia syllaba assumpta al iud etiam significat.*

τί οὖν

Τί οὖν ἄν.

προκατάληψις. *Nam obiectionem statim præoccupat* σὺ γράφεις, *Tu sancis pecunias theatrales, ad vsum militiæ reuocandas, contra legem latam, Lex enim erat, quæ capitali crimine obstringebat eum, qui hanc pecuniam, in alium, quàm in theatralem vsum conferri suaderet. Nazianz.* ἆρα γραφὴν ἀποίσῃς καθ᾽ ἡμῶν, ὡς παραχαραττόντων τι τῆς γραφῆς καὶ τῆς ἀληθείας. *ibi vox* γραφὴ *significat accusationem.*

Μὰ δί᾽ οὐκ.

Dilutio obiectionis, distinguit enim, οὐ γράφω *inquit, id est, non legem de hac re scribo* ἀλλ᾽ ἡγοῦμαι, *id est, sententiam & opinionem meam explico.* ἡγοῦμαι] à הָגִיג *meditatio.*

κατασκευασθῆναι.

Aorist. 1. Infinitiui passiui, κατασκευάζω. *iacio fundamenta futuri ædificij, vt à Geometris, sex partes demonstrationis recensentur,* πρότασις, ἔκθεσις, διορισμὸς. κατασκευὴ, ἀπόδειξις, συμπέρασμα. *Inter has* κατασκευὴ, *est substructio quædam mox secuturæ* ἀποδείξεως, ἐπισκευάζω *pro-*

priè significat reficio, παρασκευάζω, præpara, ἀνασκευάζω fundamenta ædificij conuello & labefacto, τῇ κατασκευῇ opponitur ἀνασκευή. κατασκευάζομαι est verbum militare, significat multitudinem hominum cogere, armare & instruere.

Μίαν σύνταξιν.

Μίαν χώραν, μίαν συζυγίαν. ἓν γένος. *Metaphora militaris. Nam in militari ordine dicitur σύνταξις, significat autem συντάττω constituo & compono stipendium, σύνταξις ratio stipendiaria, vel constitutio pecuniaria simplex τάττω est à רָתַח ordinauit.*

ὑμεῖς ἢ οὕτω πως.

Tertia Ratio à comparatione minorum. Si rebus non necessarijs, qualia sunt festa, ludi & huiusmodi impenditis, multo magis ad salutem Reipub: conferre debetis. Ergo distribuite inter milites pecunias.

οὕτω πως.

Μόριον δεικτικὸν τῆς ἀργίας, *particula qua ignauia & pigritia quasi manibus monstratur.*

Ἑορτάς.

Ἑορτάς.

Ἑορτάζειν significat festum diem celebrare, & verbum factum scribitur ab ἔοργα quod est sacrificaui, sunt autem sacrificia & λογικὴ λατρεία, audire, legere & meditari doctrinam de Deo, conuerti ad Deum &c. 1. Corinth. 5. ὥς θ' ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μήδε ἐν ζύμῃ κακίης καὶ πονηρίας.

Ἐστὶ δὴ λοιπὸν.

Ἔκπληξις ἐκ τῆς ἐφομένης ἀνάγκης, non reuera vult tributum pendi, sed maiore metu proposito, postulatum suum, de theatrali obtinere.

Πολλῶν πολλὰ, ὀλίγων, ὀλίγα.

Polyptota seu variatio casuum.

Δεῖ τῶν χρημάτων.

Θέσις seu sententia grauissima, epiphonemate enunciata, & ex medio vulgo sumta, locum hunc absoluit. Hic locus Rhetoricus est facilitas. Hinc enim sequitur, si habeant pecunias, quantas aliarum gentium nemo, facilimum fore eis bellum hoc, pecunia enim neruus est belli. Philippus Melanthon sæpe solebat dicere:

Qui

Qui abundat pecuniјs
Der macht schlecht was frum ist.
Qui caret nummis.
Was hilffts jm das er frum ist.

λέγουσι δὲ καὶ.

Alia πρόληψις, *si qua facilior pecuniæ faciendæ ratio, ab alijs monstrari possit, non veto quin ea vtamini.* ὧν ἕλεσθε.] *Concessio.*

καὶ ἕως.

Τοῦ ἕως *varia sunt significata, nam nonnunquam vel temporis vel loci certam circumscriptionem denotat, vt quum dicitur vsque ad dies Noah, vsque ad forum Appij, vsque ad fines terræ. Nonnunquam reuera significat indefinitum quiddam, quale illud est, quod à domino dicitur* τὸ ἔσομαι μεθ' ὑμῶν, ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου *&c.*

Ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων *suscipere res gerendas & negotia.*

Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίζεσθαι τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ Φιλίπ-

Iam vero operæprecium est reputare & cogitare, quo in loco sint nunc res

Φιλίππου, οὔτε γὰρ ὡς δοκεῖ, καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐπρεπῶς, οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστα αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ ἔχῃ, οὔτ᾽ ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὡς ἐπιὼν, ἅπαντα, τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται. τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει, παρὰ γνώμην γεγονὸς, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν, αὐτῷ παρέχει. εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις κομιδῇ δ᾽ ὥσ-

Philippi, neq; enim ut videtur & ut dixerit aliquis, nō considerans diligenter, decorus neque optimus præsens eius status esse potest, neq; unquam hoc bellum mouisset, si gerēdum sibi existimasset: sed quod sperabat fore, ut facta irruptione omnia tunc euerteret, in eo postea falsus est opinione. Hoc igitur primū, cum præter sententiam euenerit, eum cōturbat, & magno dolore afficit. Deinde Thessali, qui cum semper natura infidi fuerūt hominibus, tunc huic ut fuerunt, sic etiam nunc sunt vehemen-

περ

περ ἦν, καὶ ἔστι νῦν τούτῳ. καὶ γὰρ παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτὸν εἰσιν ἐψηφισμένοι, καὶ μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν. ἤκουον δ' ἔγω γέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας, καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν. οὐ φίλιππον λαμβάνειν. ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. ἀλλὰ μὴν τὸν γε παίονα καὶ τὸν ἰλλυριὸν, ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥ-

tes. Etenim Pagaſas ab eo repere decreuerunt, & Magneſiam munire prohibuerūt. Præterea ex quibuſdam audiui, qui dicerent ſe non permiſſuros eſſe, vt deinceps vel ex portubus portoria, vel ex vectigalibus vectigalia amplius accipiat. Rempub: enim Theſſalorū his administrari oportere, non ea Philippum accipere. Quod ſi his pecunijs priuatus fuerit, in anguſtum admodum ei adducentur, externi militis commeatus. Sed & Pæonem & Illyrium & omnes deniq; hos, exiſtimandum ſuis le-

διον

ἥδιον ἂν καὶ ἐλευθέρους, ἢ δούλους εἶναι· καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι, καὶ ἄνθρωπος ὑβριστὴς, ὥς φασι. καὶ μὰ δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως. τὸ γὰρ εὐπράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φιλάξαι τἀγαθὰ, τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι.

gibus viuere, & liberos quam seruos esse malle. Nec enim cuiusquã imperium ferre assueuerunt, & est iste homo insolens vt aiunt, nec me hercle incredibile est fortasse. Res enim secundæ si indignis contingant, stultis, dant decipiendi occasionem. Quapropter sæpe videtur tueri bona parta quam quærere difficilius esse.

Expositis narrationis partibus & confirmatione absoluta sequitur refutatio, quæ quanquam in superioribus anticipationibus, nonnulla ex parte est, hic tamen præcipuè apparet. Obiectio aduersarij id est, eius qui dissuadere voluisset, quod hic suadetur, hæc erat. At Philippus est potentior nobis & instructior: non erit igitur

hoc bellum facile aduersus illum. Refutatur primum à contrarijs, quod sit ἄθυμος, perterritus, animo languido, quod contrarium est fortitudinis & contemtionis periculorum, ut docet in quarto Ethicorum Aristoteles.

Ἄξιον δ'.

Ordo est: ἄξιον ἐνθυμηθῆναι ἐν ᾧ τὰ πράγματα τοῦ Φιλίππου νυνὶ καθέστηκε ἄξιον *dignum, cum infinitiuo significat operaprecium ab* עוּץ *consuluit fit* ἀξιόω, ἀξίωμα, καὶ ἄξιον, *vel à* צִוָּה *præcepit.*

ἐνθυμηθῆναι.

Aorist. I. Infinitiui passiui, à טָעַם *gustauit* ἐνθυμέομαι, ἐνθύμημα.

Φήσαις.

Aorist. I. aolicus optatiui, qui usitatißimus est Atticis in persona secunda & tertia singulari & in tertia plurali.

οὐ δ' ὡς καλλιστά.

Negatio aliquando par est affirmationi: nonnunquam minus aut magis significans, par cum volumus idem verbum iterare, ut omnibus alijs hæc res nota, nec

mihi

mihi obſcura. Minus ſignificans, cum aliquid affirmare verentes, tuto loqui volumus, vt amice non videris mihi vir malus nec ſtultus. Magis ſignificans cum rem ſignificatione morali augemus, vt minime lætatus eſt hoſtis aſpectu, id eſt, valde territus.

ἂν κάλλιστα.

A כָּלַל consummauit καλλωύω καλὸς ἐ κάλλος &c. Hoc loco eſt traiectio particulæ ἂν, quæ coniungenda eſt cum verbo ἔχῃ. ὡς & ὅτι, cum ſuperlatiuis iunguntur, Xenophon. ἐβουλόμην σε ὡς λαμπρότατον φανῆναι.

Brystricem Laurentz

ἐξήνεγκε.

Aoriſt. 1. indicatiui verbi anomali φέρω quod deriuatur à פָּרָה fructificauit.

αὐτὸν.

Id eſt πόλεμον. Solent autem græci, atq; in his præcipuè Attici, omnibus verbis cuiuſcunq; generis ſint, nomina ſubſtantiua ab iiſdem deducta accuſatiuo caſu ſubiicere, vt πολεμῶ σοι πόλεμον, ἀδικῶ σε ἀδικίαν μεγάλην, ἔρωσε ἔρωτι σφοδρὸν,

βουλεύω βουλήν. χαρίζομαί σοι χάριν ταύτην, μάχομαι μάχην. De passiuis πιστεύομαι πίστιν, τάττομαι τάξιν. Sic Liuius dixit. Bellare bellum. Terent: Gaudere gaudium. Cicero, Pugnare pugnam, seruire seruitutem, sequi sectam &c.

ἀλλ᾽ ὡς ἐπιών.

Id est, subito impetu & irruptione. Est enim ἔπειμι, hostiliter & cum infesto exercitu ingredior, & est ferè proprium bellum aggredientium. Notandum quod illud ὡς auget vim ἐπιὼν, vt latine pronomen ipse, contraria verba sunt hoc loco, πολεμεῖν καὶ ἐπιέναι & ad temporis interuallum referuntur.

Ἀναιρήσεσθαι.

Ἀναιρῶ ἀναιροῦμαι tollo, euerto, deleo vnde ἀναίρεσις quod celeritatem & vniuersam rerum euersionem significat. Apte τῷ ἐπιέναι subiungitur, vtrumque enim festinationis, impetus & violentiæ est.

κᾆτα.

Κρᾶσις ἀττικὴ ἀντὶ τοῦ καὶ εἶτα.

διέψευσαι.

Præteritum paßiuum ψεύδομαι. τοῦτο δὴ αὐτὸν ταράττει *Philippus nunc est perterritus. Propositio à remotione partium potentiæ, nempe auxiliorum, partes autem præcedunt sic, primum non adiuuabunt eum Thessali.*

ταράττει.

A דָּהַר *terruit* ταράττω & ταράσσω.

εἴτα τὰ τῶν θετταλῶν ταῦτα ἄπιστα.

Id est quia sunt incerti natura. Ratio ab adiunctis eorum. τὰ τῶν θετταλῶν, *id est,* οἱ θετταλοὶ, *mutatio sermonis ornatus causa, sic idem antea* τὰ τῶν ἀλωυθίων *dixit, &* τὰ τῆς τροφῆς, ταῦτα γὰρ ἄπιστα ἦν, *id est,* οὗτοι γὰρ ἄπιστοι ἦσαν.

ὥσπερ ἦν καὶ.

Ἀνταπόδοτον, *id est, antecedenti posito, consequens non respondet, deest enim* οὕτω. *Matth. 6.* ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

ὥσπερ ἦν.

Naturam expellas furca tamen vsque recurret, & Pindarus, Olympicorum certaminum, Oda. 11. τὸ γὰρ εὐφυὲς, οὔτ' αἴθων

 ἀλώ-

ἀλώπηξ, ὅτε ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιντο ἦθος.

φύσει καὶ ἀεί.

Verba ſunt Philoſophorum, latine per ſe, ex ſe, ſemper, ex omni æternitate.

δήπου.

Nimirum, ſine dubio, particula cuius vſus eſt, cum res ita in promptu eſt, vt diſputatione non egeat, vt cum teſtata quaſi dicimus.

καὶ γὰρ παγασὰς.

Altera ratio ab effectis vel ſignis. I. Pagaſas volunt repetere. II. Magneſiam muniri prohibuerunt. III. Priuaturi ſunt eum portubus & emporijs.

ἀπαιτεῖν.

Genitiuum & accuſatiuum adſciſcit, vt παγασὰς αὐτὸν ἀπαιτεῖν, Sic Virgilius: pacem te poſcimus omnes. Simplex αἰτέω, ab ארות quod prius habuimus.

Τειχίζειν.

Ab אַתִּיק tricliuium τεῖχος τειχίον paries τειχίζω.

ἤκουον δ' ἔγω.

Tertia ratio à teſtimonio ἰδίῳ, & ἀνα-

φερὰν

φορὰν δι' ἀσφάλειαν usurpat. ἀγορᾶς ab ἀγείρω congrego, quod est ab אָגַר congessit ἀγορὰ ἀγορεύω.

ἂν ᾖ τούτων.

Repetitio propositionis & conclusiuncula rei finitæ, angustè suppetit ei stipendium.

στενόν.

Ex שָׁנֵס constrinxit in angustum, formatur.

ξένοις.

A כָּנַס collegit seorsum, vnde ξενίζω ξένος ξενία.

ἀλλὰ μὴν τόν γε παίονα.

Quarta ratio sumpta ab ingenio Pæonum, Illyriorum, reliquarumq; gentium: quas ob libertatem, contrà, quàm oportebat, amissam: ob seruitutem inuitis impositam, iniurias & insolentiam Philippi, credibile sit malè aduersus ipsum animatas esse: & occasionem si qua detur, libertatis recuperandæ, cupidè accepturas.

ἡγεῖσθαι χρὴ.

Verisimile est, quibus verbis indica-

tur genus argumentorum esse στοχαστικὸν, *id est, coniecturale.*

αὐτονόμους.

αὐτόνομοι *dicuntur qui habent iurisdictionem, tam in superioribus quam inferioribus rebus, unde* αὐτονομία *libertas viuendi suis legibus, Simplex* νόμος, *fit ex* מָנָה *distribuit, unde per inuersionem radicis* νέμω νομὴ νόμος.

ἤδιον.

Ab עָדַן *deliciatus est.*

καὶ γὰρ ἀήθεις.

Ἀήθεις *insueti iugi, insolentes, insoliti seruitutis, apud Ciceronem & Salustium.*

κατακύειν.

Nam aliquoties contra Philippum armari ceperunt, sicut apud historicos est.

καὶ ἄνθρωπος ὑβριστὴς.

Scilicet ὁ Φίλιππος *odiose species loco indiuidui ponitur, omisso etiam articulo* ὁ, ὑβριστὴς *ebrius, flagitiosus, bonorum fortiumque virorum contemptor, turpissimorum latronum & adulatorum receptaculum. Talis* ὑβριστὴς, *qualis Philippus hîc depin-*

depingitur fuit, Q. Rhemmius Palæmon, hic enim tanta arrogantia fuit, vt M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas iactaret, luxuriæ deditissimus fuit, libidinosissimus vsq; ad infamiam oris, simul & auarus. Olynth: 2. καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον, ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους ὄντας *&c. à* חָרַף *opprobrauit, per metathesin literarum* ὑβρίζω *conuicior,* ὕβρις *iniuria &* ὑβριστὴς.

ὥς φασι.

Μαρτυρία ἀτέλεστος, ἢ πάλιν ἀναφορὰ εἰς τοὺς ἄλλους.

καὶ μὰ δί'.

Βεβαίωσις διὰ πίστιν, *vtebantur enim autore Hermogene veteres duplici quadam via ac ratione in narrando, relatione nimirum & confirmatione, idemq; videmus hoc loco.*

Τὸ γὰρ εὖ πράττειν.

Postrema ratio quæ habet γνωμολογίαν ἠθικὴν, ἢ γνώμην θετικὴν, *quæ ad mores & vitam hominum pertinet, & sumpta*

est à Philippi persona, & ad eam accommodata, fortuna secunda insolentiam parit in ijs, qui ea nesciunt vti, insolentia rursus ad miseriam dux est. De hac sententia concionatur Christus in Euangelio: Difficile est diuites seruari. Magna fuit sapientia & moderatio Cyri in vtraque fortuna, cum Crœsum expugnasset, & ad se adduci iussisset, summa mansuetudine & humanitate erga eum vsus est, & se hominem quoque fortunæ mutationi obnoxium ingenuè fassus est, verba eius sunt apud Zenophontem, in VII. παιδείας κύρου, *quæ digna sunt obseruatu:* ὁ δὲ κροῖσος ὡς εἶδε τὸν κῦρον. χαῖρε ὦ δέσποτα ἔφη. τοῦτο γὰρ ἡ τύχη καὶ ἔχειν τὸ ἀπό μου δεδίδωσί σοι, καὶ ἐμοὶ προσαγορεύειν. καὶ σύ γε ἔφη ὦ κροῖσε, ἐπείπερ ἄνθρωποί ἐσμεν ἀμφότεροι. ἐπιενεῖται δὲ πανταχοῦ, ὥσπερ καὶ συγγενώμον τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων.

Εὖ πράττειν.

Titulus salutandi, quo in Epistolis vtimur, de quo Plato contra Dionysium tyrannum, qui alio vsus est. χαῖρε δὲ ἡδόμενον

ϑρον βίοτον διάσωζε τυράννε: satis egregie disputat 3. Epistola.

Ἀφορμή.

Occasio, causa, incitamentum, irritamentum vt in illo. Effodiuntur opes irritamenta malorum, pro ἀφορμὴ vero ferè translatione vtitur Cicero, ansæ nomine pro Planco: si locus reprehensionis ansam habet, εἰ τόπος ἀφορμὴ τοῦ ἐλέγχειν γίνεται.

κακῶς φρονεῖν.

Propter ambitionem, dum omnem rerum gestarum gloriam sibimet tribuit, fortissimos viros repellit, dum homines iustos & temperantes despicit, dum sceleratissimorum familiaritate delectatur.

πολλάκις, δοκεῖ τὸ φυλάξαι.

Hic demum cernere est oratoris facultatem, eodem argumento in vtramq; partem vtendi, in secunda oratione contrariam sic dixit. πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε, quod est πολὺ ῥᾷον εἶναι φυλάξαι τοῦ κτήσασθαι. Sed hic probat Philippum non diu fortunatum mansurum quia fuit improbus.

Improbi enim fortuna non seruatur facile, id est non durat: Ibi vero probat, eo magis vigilandum esse Atheniensibus, quod iam multa amiserant, quæ facilius seruarentur quàm recuperarentur, vt Virgilius: Facilis descensus auerni: Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, Hoc opus hic labor est.

Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ἡμέτερον νομίσαντες, ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ, καὶ στρατευομένους αὐτοὺς, καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας: λογιζομένους, ὡς εἰ Φίλιππος λάβοι καθ' ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν, καὶ πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώ-

Decet igitur vos viri Athenienses, quod illi deest occasio, id occasionem nostrã arbitratos, prompto & alacri animo Rempub: simul capessere, ita vt & legatos mittatis quo oportet & ipsi militetis, aliosq; omnes incitetis, illud reputantes, si talem occasionem contra nos nancisceretur Philippus, & bellum regioni immineret quan-

ρᾳ, πῶς

ρα· πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν; εἶτ', οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μὴ δ' ἃ πάθοιτ' ἂν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες, οὐ τολμήσετε; ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, πότερον ὑμᾶς ἐκεῖ χρὴ πολεμεῖν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐκεῖνον. ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς ποιήσετε, τὴν ὑπάρχουσαν, καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς καρπούμενοι. ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιπ-

ta eum animi alacritate nos adoriturum esse arbitremini? An non pudet igitur si quæ vobis acciderent si posset ille, ea ipsi facere occasionem habentes, non animum inducetis? Ad hæc viri Athenienses, nec illud vos lateat nunc optionem vobis dari, vtrum vos illic, an illum apud vos bellum gerere oporteat. Si enim Olynthiorũ opes manserint incolumes, illiusq́ impetum sustinere possint, bellum illic geretis, agros diripietis, vrbes illius diuexabitis, & huius vestræ fructus nihilominus capietis. Sin

πος

πος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. Ἀλλὰ Φωκεῖς; οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσητε ὑμεῖς. ἢ ἄλλος τις; ἀλλ᾽ ὦ τᾶν οὐχὶ βουλήσεται. τῶν ἀτοπωτάτων μὲν τ᾽ ἂν εἴη, εἰ ἃ νῦν ἄνοιαν ὀφλισκάνων ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γ᾽ ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε, ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι. εἰ γὰρ ἡμᾶς δεήσειεν αὐτοὺς τριάκοντα

Olynthũ ceperit Philippus, quis eum porro huc ire prohibebit? Thebani? Ne nimis acerbum sit dictu, etiam cupidè una irruptionem facient. At Phocenses qui sua non possunt tueri, sine auxilio vestro. An alius quispiam? at non volet inquis? Absurdissimum sanè fuerit, si quæ nunc cum amentiæ opinione effari non dubitat, ea si poßit non faciet. At vero quantum intersit hic an illic bellum geratis, nec verbis præterea opus esse existimo. Si enim vos oporteret solos triginta dies

ἡμέρας

ἡμέρας μόνας ἔξω γίνεσθαι, καὶ ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδῳ χρωμένους, τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου, λέγω, πλέον ἂν οἶμαι ζημιωθῆναι τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν, ἢ ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον δεδαπάνηται. εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι; καὶ πρόσεστιν ἡ ὕβρις, καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμίας ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι.

foris esse, & quæ necesse eos, qui exercitu vtantur è vestra regione sumere oporteret, quamuis inquam nullus in ea sit hostis, plus tamen damni facturos esse colonos vestros arbitror, quã quantum in illud totum superius bellum insumpsistis. Si autẽ bellũ aliquod ingruet, quantum existimandũ est damnum facturos esse? Accedet cõtumelia & rerum ipsarum turpitudo, quæ hominibus cordatis nullo damno est inferior.

Absoluta ἐξετάσει τοῦ δυνατοῦ, *probatoq; Philippum ab omni parte* σαθρὸν, *id est, ruinosum esse, ad* συμπέρασμα *transit,*

quod

quod paulo longius esse videtur, quam oratio breuis postulat. Nam quæ hactenus sparsim sunt tractata, ea iam coniunguntur in conclusione: quæ vniuersam rei naturam comprehendit, ostendit enim, quid cogitandum, quid faciendum, quæ hominum opinio & existimatio sit: quæ nunc sit occasio, quo animo Philippus: quid à cæteris græcis expectandum: nihil scilicet, sed omnia ipsis in sese Atheniensibus posita esse: metuendum, ne bellum ad eos transferretur.

τὴν ἀκαιρίαν.

Eleganter τῇ ἀκαιρίᾳ τὸν καιρὸν opponit, vt maneat in quadam παρηχήσει.

συνάρασθαι τὰ πράγματα.

Vna adiutare res, dicendum fuit τοῖς πράγμασι opem ferre rebus. Sed illud atticum est & aduerbium vna cum, eam vim habet quasi dixisset, vna cum fortuna res gerendæ sunt, illis in locis vbi est necesse, τὸ σχῆμα ἐπιτιμήσεώς ἐστι.

καὶ πρεσβευομένους.

περιτροπὴ omnes partes narrationis bre-

breuiter complectens, vt amplificatio postulat.

πρεσβευομένους.

Cum ad Olynthios confirmandos, tum ad cæteros græcos contra Philippum excitandos. στρατευομένους *debetis pro gloria maiorum vestrorum & pro vrbis maiestate, ipsi militare: non alieno & collectitio milite, auxilium ferre.* παρεξιόντας, *non tantum verba eis nunciare debent legati vestri, sed rem etiam ostendere, vobis scilicet conferendo, exeundo, omnia administrando, seriò in hoc bellum incumbentibus.*

ὡς εἰ.

Ab exemplo vltimum argumentum repetitur, inculcaturq; ea vehementia, vt furoris ignem animis eorum penè inÿcere videatur, ὡς εἰ *sic latini coniungunt quod si,* εἰ *hæc coniunctio tria significat si, an, quam.*

πῶς ἂν αὐτὴν.

θαυμασμὸς αὐξήσεως ἕνεκα, *si per occasionem posset, quanta cum voluptate in nostram ditionem impreßionem faceret.*

εἰ τ

Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε.

Satis obſcurus videtur eſſe hic locus, non enim conſtat, vtris oporteat tribuere τὸ ταῦτα ποιῆσαι, *id eſt, hæc facere, Athenienſibus ne, an Philippo, ſed vt eluceſcat obſcuritas, à fine ad initium eſt aſcendendum. Non audebitis data occaſione ea quæ pateremini, ſi ille poſſet. Nam quod prius vtroq; poſſe referri videbatur, nunc de Athenienſibus dictum eſſe conſtat.*

αἰσχύνομαι.

Fit à יָשַׁם *deſolatus eſt, vnde græci mutando* μ *in* ν *propter Euphoniam dicunt* αἰσχύνω & αἰσχύνομαι.

δύναιτο.

Ab אֶרֶן *baſis, fulcrum, accipiunt græci,* δύναμαι δύναμις δυνατὸς δυναστεία.

ἐπὶ τούτω.

Ἐπανάληψις *illius cap: quod antea fuit tractatum, de periculo quod Atticæ immineat, ſi Olynthus amittatur. Eſtq; reſumptio* τοῦ ἐκβησομένου κακοῦ.

λανθανέτω.

A לָאַט *latuit* λανθάνω λανθάνομαι.

ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ.

Non dicit ἐὰν ἀντέχωσιν οἱ ὀλύνθιοι, sed ἐὰν ἀντέχῃ τὰ τῶν ὀλυνθίων, λίαν ἀττικῶς, non enim deerat Olynthijs voluntas & animus resistendi, sed auxilium eis deerat.

ἀντέχεσθαι.

Tueri & defendere, vt ἀντέχεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀντέχειν vero durare, persistere, & absolutè ponitur.

τίς αὐτὸν ἐπικωλύσει δεῦρο.

Confirmatio quæ duabus rationibus constat, Prima à remotione partium impendentium sumpta Non Thebani, non Phocenses, non alius quispiam impediet. Ergo Philippum venturum esse, nemine repugnante, est necesse. Altera ab ipsius testimonio, ipse etiam iactat se venturum, Ergo veniet si potest.

ἀλλ' ὦ τᾶν.

Ἀνθυποφορὰ στοχαστικὴ quam soluit, ἐκ τῶν τεκμηρίων. ὦ τᾶν, duæ sunt partes orationis, & significat ô sodalis, ὦ ἑταῖρε, ἔτης æqualis, propriè socius amicus, vnde fit doricus vocatiuus ἔταν & præposito ar:

ticulo, & κατ' ἀφαίρεσιν ὦ τὰν (Mein gesell) simile est ὦ 'γαθε, &c.

πικρὸν εἰπεῖν.

Græci pro supinis vtuntur infinitiuis, Cicero Philip: 7. Quæso oroq́ vos P. C. vt primo si erit, vel acerbum auditu vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixero.

τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη.

Id est, ἐστιν ἀτοπώτατον. Verbum substantiuum pro nominatiuo genitiuũ pluralem adsciscit.

ἄνοιαν ὀφλισκάνων.

ὄφλω & ὀφλισκάνω damnor, hominum opinione atq́ iudicio existimor, accipitur autem in malam partem, & cum accusatiuo rei construitur, vt, ὀφλισκάνω ἄνοιαν damnor amentiæ, amens iudicor, ὀφλισκάνω ἀμαθίαν damnor inscitiæ, indoctus iudicor. ὀφλισκάνω γέλωτα, irrisione dignus iudicor. Est autem verbum anomalon, coniugatur per ὀφλέω ἄχρηστον. μ. ὀφλήσω π. ὤφληκα damnatus sum in malam partem.

ἐκεῖ

ἐκλαλεῖ.

Ab עָלַל *infantiliter locutus est* λαλῶ.

ἀλλὰ μὴν ἡλίκα ἔπι διάφορα.

A comparatione incommodorum consecutorum diluit quod sic potest obijci. Age, etiamsi venerit sustinebimus hic melius impetus eius, aut facilius vincemus quam ibi. Refutat hoc pacto, si nullo præsente hoste iam grauatur colonus, nostro exercitu alendo, quanto magis si duo erunt, & vnus quidem hostis, Ergo præstat foris quam domi belligerare.

οὐδὲ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι.

παράληψις: *fingit se nolle dicere & tamen exponit, motus vehementissimos omnes, quos in conclusione adesse volunt Rhetores, hic videmus, iram nimirum, indignationem & odium.*

Ἡμέρας μόνας.

A יוֹם *dies illuxit, assumpta afformatione graca* ρ, *fit* ἡμέρα ἡμάτιος *cotidianus &c.*

Ἔξω.

ἐκ τῆς χώρας ὑμετέρας.

τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν.

Deest ὄντων. *Et est genitiuus, partem significans sumere de ijs, quæ proficiscantur e regione nostra.*

μηδενὸς ὄντος.

Exceptionis aut conditionis est hoc participium: etiamsi nullus hostis adesset, hic locus est τῆς βλάβης.

ζημιωθῆναι.

Pro ζημιωθήσεσθαι *rationem audiuistis in exordio* ἂν ἐλέσθαι. *Thema est*, ζημιόω *à* זָעַם *indignatus est immaniter*, ζημιόω *&* ζημία.

τὸν περὶ τοῦ πόλεμον.

περὶ τούτου χρόνου. πρότερον πόλεμον, *intelligit bellum Amphipolitanum, in quod insumpta esse dicuntur, talenta mille ducenta, id est, Coronatorum septuagies bis centena millia.*

δεδαπάνηται.

Præteritum perfectum, δαπανάω *quod est à* נָדַב *munificum & spontaneum fecit, per Metathesin literarum* δαπανάω δαπάνη *sumptus*, δαπανηρός.

περι-

προσόσαι ἢ ὕβρεις.

Alter locus, τοῦ αἰσχροῦ τῆς ἀδοξίας.

Ἐλαττῶν.

A לָתַע comminuit dentibus, ἐλαττόω ἐλάττων, ἐλάττωσις diminutio.

Σώφρονι.

σώφρων ἀπὸ τοῦ σώζειν τὴν φρένα, unde σωφροσύνη.

Πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν, καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον· τοὺς μὲν εὐπόρους, ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς. τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τοῦ Φιλίππου χώρᾳ κτησάμενοι, φο-

Quamobrem omnia hæc considerantes omnes, opitulari oportet, atque illud bellum amouere. Diuites vt pro defensione multorum quæ rectè poßident, pauca insumentes, reliquis securi fruantur. Iuuenes vt bellandi scientiam in Philippi ditione consecuti, formidabiles patriæ dum incolumis est custodes euadant, ora-

βεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γίνωνται. τοῦτο δὲ λέγοντας, ἵν' αἱ τῶν πεπολιτευμένων αὐτοῖς εὐθύναι ῥᾴδιαι γίνωνται. ὡς ὁποῖ' ἄττ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κρίται καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθαι. χρηστὰ δὲ εἴη παντὸς ἕνεκα.

tores ut ſuorum conſiliorum rerumq́ in Repub. geſtarum faciles & explicatas habeant rationes. Quoniam vos, cuiuſque modi vos res circumſteterint, illius modi etiam rerum geſtarum de illis iudices futuri eſtis. Deus autē faxit ut quæ agitis, ab omni parte feliciter proſpereq́ eueniant.

Abſolutis reliquis partibus huius Orationis, ſequitur poſtrema & ultima, quæ ἐπίλογος *ſolet ſalutari. Sumitur autem* ἐκ τοῦ συμφέροντος κεφαλαίου. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ἀεὶ καὶ τῶν συνεκτικῶν τοὺς ἐπιλόγους δεῖ λαμβάνειν. *Sunt autem eius partes 4. Una propoſitionis repetitio: altera cohortatio generum hominum: Tertia* αἴτιον τελικὸν: *poſtrema* εὐχὴ ἢ δέη-

τις, ſicut Pindarus ſuas ſemper claudit Odas.

συνιδόντας.

Non referendum eſt ad conſcientiam, ſed ad populi ſui prouidentiam. ὁράω video, συνοράω conſidero.

Ἅπαντας βοηθεῖν.

Prima pars Epilogi repetitio nimirum propoſitionis, auxilium ferendum eſt Olynthijs.

ἀπωθεῖν.

Detrudere vi & quouis modo, Metaphora à corporibus & fortè luctantibus ſumpta.

τοῦ μὲν εὐπόρους.

Secunda pars Epilogi, προτροπὴ quæ habet μερισμὸν τῶν προσώπων, καὶ τὶ τοῖς ἑκάστοις ποιητέον ἐμφαίνουσα.

τῶν πολλῶν ὢν.

Pro ἃ, vt enim apud latinos aliquando antecedens ponitur in eodem cum Relatiuo caſu: vt, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: Ita ſæpenumero apud græcos Relatiuum imitatur caſum antecedentis, Vt

ὑπὲρ πολλῶν ὧν ἔχω, neq; enim cum genitiuo neq; cum datiuo verbum ἔχω per se construitur sed cum accusatiuo.

τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς.

Repetit præcipuum caput, τοῦ συμφέροντος δήπου, vt patria sit in quiete atq; pace. Hactenus pars prima τοῦ μερισμοῦ.

τῶν δ' ἐν ἡλικίᾳ.

Altera pars τῶν δ' ἐν ἡλικίᾳ, id est, τοὺς νέους. ἡλικία ætas & κατ' ἐξοχὴν iuuentus, ætas enim per excellentiam de adolescentibus dicitur, quod ea ætate agere omnia possumus. ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

ἐμπειρίαν.

Aristoteles οἰκονομικῶν β. quatuor προσκείμενα τοῦ οἰκονόμου recitat 1. debet esse præditus ἐμπειρίᾳ τῶν τόπων οὓς ἂν πραγματεύηται. 2. εὐφυΐᾳ. 3. φιλοπονίᾳ. 4. δικαιοσύνῃ quæ est fundamentum πασῶν ἀρετῶν.

τῆς

τῆς οἰκείας.

χώρας. ἀκαιραίους, id est, integræ, incolumis, ἄνευ τῆς κηρὸς οὔσης quæ peste & morte careant.

τοῦτο δὲ λέγονται.

Tertium genus hominum τοῦ μερισμοῦ, in quibus debet esse prouidentia & prudentia eloquens.

πεπολιτευμένων.

Τὰ πεπολιτευμένα complectuntur & consilium datum & res ipsas gestas.

Ἐυθῦναι.

Erant εὐθῦναι sicut Suidas scribit, Magistratus Athenis virorum decem: ad quos qui aliquam Reipub: curassent partem, rationes referebant. Ἐυθύνω corrigo, rego, administro, guberno. Item inquiro in vitam & res gestas alicuius, vnde εὐθύνη inquisitio in vitam & res gestas alicuius, & ratio quæ reposcitur ab aliquo.

ὡς ὁπεῖα.

Tertia pars epilogi αἴτιον τελικόν.

χριστὰ ᾖ.

Quarta & ultima pars epilogi ἐυχὴ ἣν προστίθησι τῇ συμβουλῇ. χρηστὸν *dicitur quod bonum est alicui & faustum.*

παντὸς εἵνεκα.

Vtinam procedant per omnes, per diuites, adolescentes, oratores & deniq; per totam Rempublicam.

τέλος τῷ θεῷ δόξα.

Errata quæ in hoc commentariolo ἀμαθίᾳ τοῦ χαλκοτύπου commissa sunt, peto amanter vt candidus & beneuolus lector corrigat.

GRÆCÆ LINGVÆ Studioſis ſalutem.



ARRANT HISTORIÆ de Iuliano Imperatore, quod cum inſatiabili cupiditate funditus delendi religionem arderet, nullum eum externam ſæuitiam exercuiſſe, ſed aſtutê ad abolendam veram de DEO doctrinam in artibus & linguis ſparſam, ſcholas Chriſtianis præcluſiſſe, publicoq́ edicto prohibuiſſe, ne literas humaniores & linguas Chriſtiani perdiſcerent, ἵνα μὴ (φησὶν) ἀκονώμενοι τὴν γλῶτταν ἑτοίμως πρὸς τοὺς διαλεκτικοὺς τῶν ἑλλήνων ἀπαντῶσι, & porrò τοῖς οἰκείοις (vt eſt apud Theodoretum in hiſtoria tripartita libro ſexto cap. 17.) πτεροῖς, κατὰ τὴν παροιμίαν, βαλλόμεθα, ἐκ γὰρ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον. Cuius etiam impij & veteratorij edicti τοῦ ἀποστάτου, τοῦ κοινοῦ ἁπάντων ἐχθροῦ καὶ πολεμίου ἀπόφασιν copioſe recitat Nazianzenus in inuectiua ſua contra

contra Iulianum, Ἀλλὰ, inquit, κἀκεῖνο πρέπουσαν δίκην λόγῳ κολάζεσθαι, ὑπὲρ τῆς εἰς λόγους παρανομίας, ὧν κοινῶν ὄντων λογικοῖς ἅπασιν ὡς ἰδίων αὐτοῦ, χριστιανοῖς ἐφθόνησεν, ἀλογώτατα περὶ λόγων διανοηθεὶς. ὁ πάντων, ὡς ᾤετο, λογιώτατος.

Post huius apostatæ crudelem & tragicum exitum, vbi nobilitatem & libertatem suam ab interitu & captiuitate iniusta, linguæ & disciplinæ vindicassent, paulatimq́ue in lucem emersissent: non dissimili vesano odio & horribili sathanæ furore, in primordio repurgatæ Euangelicæ doctrinæ ante res omnes alias, linguas liberalesq́ue disciplinas subdolè & veteratoriè nō modo oppressas: sed extinctas penè maiores nostri acceperunt, easq́ue ad pristinum suum splendorem & dignitatem traduxerunt, atq́ue ad posteritatem fideliter & dextrè transmiserunt. Verùm hoc nostro seculo exitiosæ ignorantiæ adiutores & incitatores strenui & vehementes non desunt, quorum insolentia atq́ue importunitas, sanctitatem, simplicitatem obseruantiamq́ue religionis prætendens, non veretur & linguas & purio-

ris

ris Philoſophiæ doctrinam notare, & propemodum condemnare. Sed hos ſatis grauiter & eruditè refutat Damaſcenus hiſce verbis: Ἀλλ᾽ ἀναιρεῖν ἐπεχείρησάν τινες τὴν φιλοσοφίαν φάσκοντες μὴ εἶναι γνῶσίν τινα ἢ κατάληψιν πρὸς οὓς ἐροῦμεν: πῶς φατὲ μὴ εἶναι φιλοσοφίαν καὶ γνῶσιν καὶ κατάληψιν, ἐγνωκότες καὶ κατειληφότες, ἰδοὺ ἔστι γνῶσις καὶ κατάληψις, εἰ δὲ μὴ ἐγνωκότες, οὐδεὶς ὑμῖν πιστεύσει περὶ πράγματος διαλεγομένοις, οὗ τὴν γνῶσιν οὐ κατειλήφατε: Quare nobis, qui in diſcendi acie diuinitus ſumus collocati, honeſtum & præclarum fuerit, pro conſeruatione linguarum & ſtudiorum, quæ temporis turbini ac tyrannidi expoſita obuiaç facta *DEUS* miſericordia ſua, & beneficentia conſeruauit, ipſi ardentiſſimis votis gratias agere, atq; in ijs, vt reliquis *DEI* donis piè ac fideliter verſari. Cùm autem *DEMOSTHENES* inter omnes Græcos Oratores velut heſperus inter ignes nocturnos luceat, atq; ad rectè intelligendos explicandosq; græcos ſcriptores eius lectio plurimum conferat, ab amicis rogatus, orationes eius, Olynthiacas pro tenuitate

tate

tate ingenioli mei ſum explicaturus. Sunt enim hæ orationes, non ſolum ijs, qui ad tale munus, quale hic Demoſthenes obijt, vocantur, vtiles: id eſt, ad cauſas agendas ſiue in foro coram iudice, ſiue in legationibus ad principes aut populum aut optimates: Sed ijs etiam, qui gregem Chriſti paſcent, atq; ſumptis exemplis, antichriſtianiſmo & diaboliſmo pro hoſtilibus perſonis, & Chriſtianiſmo contrà pro amicis defendendis vtiliſſimæ. Omitto ſententias, vim eloquentiæ, argumentaq; & ornamenta, quæ ex Dialecticis & Rhetoricis locis petita ſunt. Harum igitur Orationum primam, *DEO* iuuante, hora VIII. matutina, proximo die Martis in habitatione mea, aggrediar, eamq; ſi *DEVS* valetudinem & vitam conceſſerit, ad proximum Paſchatos feſtum abſoluam. Si qui igitur ſunt, qui hac mea opera vti velint, conueniant ibidem tempore conſtituto. Studium & induſtria mea nemini deerunt. Bene valete. P. P. *II.* Cal: Aprilis. Anno ſalutis noſtræ *LXXIX.*

M. Iohannes Slangendorpius Danus.

SEquitur oratorum ingens manus, vt cum decem simul Athenis ætas vna tulerit, quorum longè princeps Demosthenes, ac penè lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia, vt à quibusdam neruis intenta sunt, tam nihil ociosum, is dicendi modus, vt nec quod desit in eo, nec quod redundet inuenias. Sed cuicunq; eorum Ciceronem fortiter opposuerim. Nec ignoro, quantam mihi concitem pugnam, cùm præsertim id non sit propositi, vt eum Demostheni comparem hoc tempore: neq; enim attinet, cum Demosthenem in primis legendum, vel ediscendum potius putem. Quorum ego virtutes plerasq; arbitror similes, consilium, ordinem diuidendi, præparandi, probandi rationem, omnia deniq; quæ sunt inuentionis. In eloquendo est aliqua diuersitas: densior ille, hic copiosior: ille concludit astrictius, hic latius: pugnat ille acumine semper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest, huic nihil adijci: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certè, & commiseratione, qui duo plurimum affectus valent, vincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit, Sed & nobis illa, quæ Attici mirantur, diuersa Latini nominis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quanquam sunt vtriusq;, nulla contentio est. Cedendum vero in hoc, quod & ille prior fuerit, & ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Nam mihi videtur Marcus Tullius, cum se totum ad imitationem Græ-

corum

eorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Hermogenes ait, τῶν πολιτικῶν λόγων κράτιστον εἶναι καὶ κάλλιστον τὸν δημοσθενικόν: hunc enim Oratorem præter cæteros in omnibus dicendi formis, earumq; mixtione excellere. Numerantur autem ab eo septem genera dicendi, quæ ipse ἰδέας appellat, σαφήνεια, μέγεθος ἢ ἀξίωμα, κάλλος, γοργότης, ἦθος, ἀλήθεια καὶ δεινότης. Lucianus δημοσθένους ἐγκωμίῳ. Omnia hæc facilia erant amori, tondere capillum, latitare in spelunca, intueri in speculum, gladiũ metuere, linguæ vicia corrigere, prouecta ætate discere actionẽ, exercere memoriã, fremitũ cõtemnere, dies noctesq; cõtinuare laborando. Ex quibus omnibus, quis nescit, qualis orator euaserit Demosthenes? Quam densa verbis, ac sententijs, quã apta ad persuadendum, q̃ grandis atq; illustris, q̃ vehemens, q̃ modesta ac temperata, quã deniq; figurarum varietate abundans sit eius oratio? Itaq; Leosthenes ausus est dicere vnius Demosthenis animatam esse orationem, non fabrificatã malleo: ὅτι δημοσθένης μόνος τῶν ῥητόρων ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον. Neq; enim ebrius cõponebat orationes, vt Callisthenes Æschylum ait Tragœdias scripsisse, cũ vino incaluisset animus, sed scribens aliquid, aquã bibebat: in quã eius hydropisiam ludit Demades. Alij (inquit) ad aquã dicũt, Demosthenes vero ad aquã scribit: οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγουσι, ὁ δημοσθένης δὲ πρὸς ὕδωρ γράφει. Et Pythiæ visa sunt lucernam olere Demosthenis orationes.

FINIS.